

1817.
DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA
Q. D. B. V.

DE

ELECTIONE CERTÆ PERSONÆ INDUSTRIAË

QUAM

JUSSU SENATUS AMPLISSIMI
ADSTIPULANTE NOBILISS. JCTORUM ORDINE.

IN PERILLUSTRI ET PER- ANTIQUA
UNIVERSITATE TUBINGENSI.

PRO LOCO. IN FACULTATE JURIDICA

EX MORE JAM DII RECEPTO RITE ET LEGITIME OBTINENDO
SOLENNI ERUDITORUM CENSURÆ EXPONT

JACOBUS DAVIDES MOEGLING,
U. J. D. ET INSTIT. IMPER. PROF. ORDIN.

SER. DUCIS WURTEMB. CONSILIARIUS
ATQUE SUPREMI DICASTERII

A S S E S S O R.

R E S P O N D E N T E

JOHANNE HARPPRECHTO, TUBINGENS.

AD DIE M OCTOBR.
ANNO M. D. C. C. XV.
LOCO HORISQUE CONSUETIS,


T U B I N G E Z,
TYPIS VIDUÆ GEORG-HENRICI REISII.

БІЛБОДІНІ
БІЛБОДІНІ
БІЛБОДІНІ

DOMINA EQUITATETERMINA SUPER
PER TERRAM ANTIQUAM

ANGLICAN CHURCH OF CANADA
THE PROTESTANT EPISCOPAL CHURCH
IN THE AMERICAN SOUTHERN CONFEDERACY
THE CHURCH OF ENGLAND
THE CHURCH OF IRELAND
THE CHURCH OF SCOTLAND
THE CHURCH OF NORTHERN IRELAND
THE CHURCH OF JERSEY
THE CHURCH OF GIBRALTAR
THE CHURCH OF TRINIDAD AND TOBAGO
THE CHURCH OF THE BERMUDAS
THE CHURCH OF THE BRITISH HONDURAS
THE CHURCH OF THE FALKLAND ISLANDS
THE CHURCH OF THE FAROE ISLANDS
THE CHURCH OF THE GRENADINES
THE CHURCH OF THE MONTSERRAT
THE CHURCH OF THE PAPUA NEW GUINEA
THE CHURCH OF THE SOLOMON ISLANDS
THE CHURCH OF THE TONGA
THE CHURCH OF THE VENEZUELA

17. 10. 1862. — *George Henrici* *Kiel*



PRÆFATIO.

Enuste, non minus quam Vere Quintilian. L. 12. Inſtit. Cap. 10. de Oratori-
bus. Cum sit (inquit) Rhetoris, & O-
ratoris opus, Oratio, pluraſque ejus formæ,
in omnibus his ars est, & Artifex, plu-
rimum tamen in vicem differunt, non so-
lum ſpecie, ut ſignum signo, tabula tabu-
la, & Aktionē Actio, ſed genere ipso,
ut a Gracis Tuscanica Statua, & Asianus eloquens Attico. Ne-
que tantum Oratores iſta diuersitas diſtinguit, ſed in alia quo-
que facta Civilia, non ſine insigni juris effectu ſe diſfundit,
quoniam enim Imperator in L. 13. C. de Contrah. & Comm.
Stip. Quare cum bene ſimilis omnium hominum natura eſt, non
etiam facta, omnes, vel plus, vel paſto minus, adimplete poſ-
ſint? quærat; Attamen bene Sichardius ad b. l. num. 3. exo-
rata prius Justiniani pace, hanc collectionem non ſatis firmam
elle monet. Nam, licet, (addit ille) natura ſit ſimilis, quia
tu homo es, ſicut alter, tamen ſaþe institutio, doctrina.

A 2

& Inge-

Et ingenium efficiunt, ut Tu possis prestare, quod alius vix
 in animum sibi sumere ausit. v. L. 31. pr. ff. de solut. & ridicu-
 lum fore, inquit Anton. Matthæus de Auctionib. Lib. 2. Cap.
 10. num. 14. si Jovem Phidie, aut Venerem Apelli locem fac-
 undos, illum alium substituere velle. cum longa inter Artifices
 sit differentia, d. L. 31. Unde apposite hanc in rem ita loqui-
 tur Cardin. de Luca in Theat. ver. Et Just. T. 5. discurs. de
 Feud. 94. num. 13. seq. Satis male Principes, & alii quicunque
 servitium reciperent a militibus, famulis & officialibus, si ab-
 que spe remunerationis serviendum esset, atque diligentes, ex-
 perti, & fideles, eque ac seigniores, & inexperti cum ejus de-
 stipendii præmio essent tractandi. Licet hoc satis irrationali-
 ter practicetur, cum Ad-Vocatis, quia idem est honorarium eorum,
 qui satis laborant, & optima motiva excitant, ac seigniorum, fo-
 lum respondentium: Ora pro nobis, &c. Habet nimurum Ele-
 ctio Cert. Pers. Industr. peculiarem respectu Personæ Electæ
 indolem, quam e suis sedibus evolvere, non inutilem, neque
 ingratum judicavimus laborem, maxime cum ad eandem a
 Doctoribus haud infrequenter provocari videoas, eorumque
 quamplurimi nobilissimum hoc argumentum attigerint, qui
 vero illud justo ordine digereret, pleniusque exhiberet, ne
 mo quod sciamus fuerit. Quapropter benignis Patrum Illustri
 hujus Eberhardinæ Suffragiis, Clementissimoque Serenissimi
 Principis Nutricii Nutu, in numerum Professorum Juris Or-
 dinar. receptus, a consideratione Industrie quæ nobis maxi-
 me omnium incumbit, munus auctoritati volui. Quam ope-
 quod ICtus in d. L. 31. pr. d. solut. inter Artifices, Ingeni-
 Naturæ, Doctrinæ & Institutionis indicat discrimen, excusa-
 bit: Tuum vero D. T. O. M. divinum humillime imploramus
 præsidium.

CAP. I.



C. D.

CAP. I.

S U M M A R I A.

- §. 1. Evolutio Terminorum Rubri.
§. 2. Non est Confundenda E. C. P. J. cum Demonstratione Certae Personae.
§. 3. Neque cum Electione Certae Personae ex pluribus Alternative, vel in Solidum obligatis.
- §. 4. Neque cum electione Fidei Certi Hominis ut ex. gr. in Fideiassumptione, Nimitatione.
§. 5. Sed pro ea quae definitur, & dividitur, ubi sedes materia indicatur.

§. I.

Riusquam Negotio, cui praesens labor a nobis datus est: proprius accedamus, de vocibus frontispicio inscriptis, quantum instituto nostro sufficit, bene memores Pontificis, plerumque dum proprietas verborum attendatur, sensum veritatis arnitii, in Cap. 8. x. d. Verb. sign. monentis, quzdam prafanda e re esse ducimus.

Electionis Vocabulum a Verbo Eligere, hoc vero a legere primitus descendere, nemo ambigit. Hoc autem utrumque assumptionem & praoptationem unius ex pluribus eligibilibus denotat;

A. 3.

tat ; L. 25. ff. quand dies legat. vel fideic. ced. Quod enim Ele^ctio non nisi inter plura esse possit ostendit B. Dn. Pro-Socer D. Frommann in Disp. & Iure Variandi Cap. 3. Memb. 1. fol. 35. Atque pro Objecto habet Personas L. 12. §. 1. ff. de spons. L. 36. de Exc. Tit. L. 41. ff. de Rec. qui arb. rec. Res. l. 6. §. 1. quanta dies leg. vel. fideic. ced. L. 2. §. fin. L. 4. ff. d. Option. leg. l. 2. §. 3. &c. eo quod certo loc. L. 13. §. 3. ff. A. S. P. R. & simil. Et Actiones §. 5. Inft. quod cum eo L. 9. §. 1. ff. de Tributar. Art. L. 76. §. 8. ff. de Legat. 2. L. 34. pr. de Obl. & Art. Sed posteriora haec duo capita a praesenti tractatione persus aliena praetermisimus, ceterum quidnam circa Electionem Actionum obtineat? accurate excusit Venerandus Dn. Socer D. Grassi. dissert: Inaug. sub Præsidio Laudati Dn. D. Frommanni, de Electione Actionis Utilioris. habita cui circa Electionem rerum occupata jungi meretur Altera de Iure Variandi cit. loc & passim. Circa Electionem itaque Personarum subsistentes hanc in genere dicimus. Certa alicuius personæ ad negotium aliquid expedientum factam vocationem. vid. Hottomanni Lexic. Jurid. Voce Ele^ctio: Juxta dispositionem Canonum Ele^ctio est Via ordinaria pervenienti ad Dignitatem Ecclesiast. cam. Unde Ele^ctio Canonica. v. t. t. x. & Ele^ctio ne & Ele^ctæ Potest. Joh. Corasius Parapbr. de Sacerdot. part. 3. cap. 3. Ziegler ad Lancelot. Inft. Jur. Can. lib. 1. tit. 6. Immanuel Weber in Diatribe Canonica Prelator. Eccles. Electione. Nostra autem Ele^ctio quæ in latiori sensu ita dicitur, & vel per Mandata Superiorum, vel per pacta, & Conventions, vel per Ultimas Voluntas, de quibus infra Cap. 3. expeditur, illud peculiare habet, quod non nisi intuitu certa qualitatibus Ele^ccti, ejusdem nimirum Industriæ peragi soleat: alias Pro Claro, indubitate, manifesto, & quasi judicato accipi. & a certuno derivari notat Faber Thesaur. Ling. Lat. voce Certus. quando autem de personis, prædicatur, certus homo dicitur, cuius qualitas, quæ ex nomine, natione, & demonstratione desumitur, definita est. vid. Hottomanni Lexic. Jur. voce Certum. (2.) Latini Certos homines, vocabant, quos nos tutos, aut fideles Schor. Phras. Ling. Latin. fol. 177. gewisse Leute denen man trauen kan. A. J. Dornmayer Lexico Elegacione Latinis. fol. 8. num. 81. In quo Significatu & hic adhibetur.

Vocabulum Personæ, quoad primam originariamque significationem,

nihil

culari sanctione vid. §. 27. Inst. de Legat permiserit, cuius utpote deperditæ, ruderæ collegit Strauch. dissent de Personis Incerti, qui Cap. 6. hanc quoad personas fictas partem ex Photio restituit: At cum nobis de Electiōne Certæ Persona Industriæ se mo sit, incerta hic loci exulare videntur.

Denique (3.) Persona Morales non emoriuntur, defuncti licet eisdem membris. l. 76. ff. A. Indic. eleganter Grot. L. 2. C. 21. §. 3. add. Cap. 9. §. 3. quorum tamen integratam quam maxime spectare potuit, eligens: sed manente ædem aliis in horum locum substitutis. Verum non possimus non fictas quoque personas in Communione hujus Tractationis admittere. Id quod Regula, Ea qua de privato loquuntur locum habere in Universitate, quam per multa exempla dedit Caput. quen. lib. 1. Decis. 68. & sequuntur Lancellot, de Attent. Part. 1. Cap. 14. num. 109. Freudenberg. de Re script. Morat. Tit. 7. Cap. 18. num. 6. apprime congruit; hancque consulendo sequutus est Modestus Pistor. Vol. 1. Conf. 36. num. 13. in f. add. Loßaus. d. l. num. 38. seq. maxime in iis, in quibus nulla diversitas ratio redi potest, ex Felin. Menoch. Lib. 3. Conf. 709. num. 8. Freudenberg. d. l. num. 8. Atqui nil impedit, de Collegii cuiusdam, aut alius persona Mystica industria, prudenter, & legalitate confidere, & hoc intuitu certum quoddam negotium ex. gr. Arbitrium expediendum eidem, committere. Neque turbat quod proprie & stricte loquendo Personarum appetitio non veniant Fictæ, quoniam hæc facultas eligendi industræ Personæ, nullibi in Jure nostro ad proprietatem hujus vocis alligata deprehenditur, sed ex arbitrio eligentis penderit, quosnam negotio expediendo suppares esse. confidat? quod vero ut ad 2. Ref. dubium, ante Justinianum Imp. Incertarum Personarum nomine fuerint comprehensa, effectum suum circa passivam testamenti faciionem qua destitutæ erant, unice exferebat, Strauch. d. Disputat. Cap. 2. nec ad facultatem eligendi Industriam personæ porrigi debet, quia & ipsa Electio satis certificat personam, & si ejusmodi Corpus Mysticum superponamus, de cuius industria eligens persuasus est, certam in sensu supranotato Personam exhibebit Electus. ad 3. notandum, conditionem personarum Moralium eligenti cognitam præsumi, adeoque nisi aliud exprimerit, membra quoque in locum defunctorum surrogata, elegisse censeretur.

Industrie vocabulum ab intro & struere, quasi qui aliquid agit, introstrueret, & domi studeret, unde Veteres dixerunt indostruus,

Martini

(9)

Martini Lexic. Philolog. voce *Industria*, derivatur. Hujus verbi propriam vim non omnibus cognitam esse dicit Schor. Phras. Ling. Lat. voce *Industria*, additque hoc nomine designari Animi intentionem, & diligentem agitationem in rebus expedientis, & agendis. Unde & Faber in *Theſaur. Latin.* b. v. p. m. 1199. eandem describit: per Sagacitatem animi, promptitudinem ingenii, gnavitatemque in rebus agendis. Geschicklichkeit / Behändigkeit / Fleiß: opponitur Naturæ apud Terent. Andr. Ad. IV. Sc. V.

*Panum inter esse censes, ex animo omnia
Ut fert natura facias, an de Industria?*

Ubi Donatus ad verba *Ut fert natura*. Hoc est, addit. Naturalis, & ingenita actio an de *Industria* id est Conſcientia, & Providentia. Ea enim, qua dicimus, & scimus, operatone genita, & industria quadam scimus. Et in vulgari sumptum significatu, tam in bonam quam in malam partem accipitur: si e. g. dicitur, de *Industria* aliquem occidere, non semper intelligitur ex infidiis, ut ostendit Ludovicus Peguera *Dec. Cathal.* 54. n. 3. Giurba *Conf. Cr.* 100. n. 6. Tanto autem apud Romanos in pretio fuit *Industria*, ut tres peculiares DEAS ipsi affinxerint, Strenuam Agenoram, & Stimulam. Coel Rhodig. in *Antiq. Lection.* lib. 11. cap. 1. Nobis in præsenti Tractatione in sensu latiori, pro fide, religione, Habilitate, Prudentia, Providentia Negotio sibi commissa fedulo, & ex animi sententia expediendi accipitur. Tales enim negotiorum gerendorum ministros eligimus, talibusque & nos & nostra concordimus de quorum fide prudentia sedulitate bene speramus, imo confidimus. apposite hanc in rem Tullius Offic. 2. Cum omnes non possint, ne multe quidem, aut juris periti esse, aut diserti, licet tamen opera prodeſſe, multis beneficia petentem, commendantem Judicibus, & Magistratibus, evigilantem pro re alterius, eosque ipsos, qui aut consulunt, aut defendunt rogantem, quod qui faciunt, plurimum gratiae consequuntur, latissimeque eorum manat *Industria*.

§. II.

Contingit autem variis modis, ut Certæ Rei, Certa assignetur, & attribuatur Persona, quam vel onerare, vel Cui, aliquid præstari volumus, ut tamen Certa Personæ Industri. Electa dici haud posit: Ita nuda persona Demonstration, cum præsenti negotio permisceri minime debet: ut potest a qua differt Ratione Objecti, cum in Obligatione quoque Dandis certa

certa determinari & demonstrari possit Persona, quæ hac ipsa gravatur, vel Cui aliquid commodi exinde accedere voluit Testator. L. 94. ff. de Condit. & Demonstr. ubi JCtus: Cum ita libertas Sticho data fuisset, si Titio, qui scriptus hanc non erat, dedisset decem, certam personam his verbis demonstratam esse putavit. L. 4. §. j. sub ff. de fidei commiss. libert. L. 34. pr. ff. de Stat. Lib. L. 95. §. usum fructum ff. de solvit. Hæc autem obligatio circa quam sollicita est certa persona Industria, unice ad facendum, non ad dandum contrahitur, videat. inf. Cap. 2. §. 12. II. Differt a Demonstratione, Electio certa personæ Industriæ ratione Subiecti, quod in priori, ex parte tum Debitorum tum Creditorum demonstrari possit & soleat, vid. L. 26. §. 11. in fin. sed si delegatus sit a Patrono Officiales Operas, apud Marcellum queritur? & dicit Marcellus, non a tenueris de Condit. Indeb. L. 9. §. 1. ff. de Op. Elect. ubi persona Domini cui operas officiales debentur, demonstratur, ita ut alteri cedi nequeant, id quod ad homines proprios, transfert Husan: de Hom. propriis. memb. 2. quest. 4. num. 73. & 74. add. num. 29. & 56. Euchar. Erhard. de Oper. Rustic. Concl. 28. in fin. ad Vasallos, propter argumentum, quod vulgo DD. a libertis ad vasallos necunt, idem hoc applicat Andr. Cludius de Condit. Indeb. Cap. 5. memb. 117. inf. At in praesenti argumeto non persona Eligentis, in cuius favore aliquid ab Electo, efficiendum est, sed Persona Electi cui istud injungitur, solitarie designatur.

§. III.

Sed & Creditori, qui pro eodem debito, & pignora, & fidejussionem accepit, Electio jure Pandect. & Cod. haud dubie competit, utrum personas, an vero res sibi nexus jure persequi malit? ita ut ad pignora venditionem ablegari haud potuerit, si Fidejussiones aut Mandatores prælegerit. L. 51. §. 3. ff. de Fidei. L. 56. pr. Mand. L. 14. & 24. C. cod. quam sententiam & novissimo jure quoque obtinere late propugnat Ant. Hering. de Fidejuss. Cap. 20. §. 13. num. 18. seqq. usque ad num. 29. vid. Brunnem. Conf. 78. At per Nov. 4. Cap. 1. hoc Jus eligendi fidejussiones aut pignora, ita restriktum, ut illis nondum excusis ad hæc manus porrigitur nequeat Creditor: uti demonstrat Franzk. Lib. 1. Resolut. 12. Mey. Levam. Debitor. Inop. Cap. 4. Sec. 10. num. 18. Stryk. Diff. de Benef. Excusion. Cap. 2. num. 19. seqq. Etiam inter plures personas in solidum obligatas, Creditor liberam Electionem habet quam ex hisce Correis Deben-

S. 11. 1772

bendi velit in solidum convenire. Unoque convento imo etiam condemnato, quamdui ipsi nondum plenarie & actualiter satisfactum est, aliquum präfaretur non prohibetur Felician. de Solis, in *Tr. de Cenib. lib. 3. Cap. 2. num. 5.* late Salgado de Somoza *Labyrinth. Cred. part. 1. Cap. 17.* ita ut de veritate Juris, ille qui conventus est, regulariter nec Beneficio ordinis, nec Divisionis se tueri possit: B. Dn. Lauterbach, *Diss. de Benef. Excus. tb. 25.* B. D. Fromm, *Diss. de Correal. Obligat. tb. 16. num 3.* Et in *diss. de jure Variand. memb. 7. n. 369. seq.* Vinc. Carocc. de *Excusione Bonor. part. 2. quest. 1.* Joh. Ronehegall. de *Dnob. Rais ad L. 3. S. ubi Dno. num. 34. seq.* Paniter in *Obligatione Alternativa Personarum*, Debitor eligit personam, cui solvere malit, uti plur. deducit Castrenf. L. 2. *Conf. 120.* unde est quod adjecto solvi possit etiam probidente Creditore, ante item cum hoc contestata, L. 12. §. pen. ff. de solut. l. 57. §. 1. eod. Magon. *Decis. Florent. 106.* add. B. Kurteri *Diss. de Obligat. Alternat. tb. 22. § 41.* At in omnibus hisce, Persona, non sub ratione industria, sed quatenus Debitor, aut Creditoris locum obtinet, & ubi agitur de aliqua re praestanda, seligitur. Cum e converso in hac Tractatione Persona principaliter & primario non sub consideratione alicujus Synallagmati, sed cuiusdam aptitudinis negotia expediendi, & ex singulari erga eandem confidentia, plerunque eligi soleat.

§. IV.

Nec deminque omnis ille qui Certa Personæ fidem eligit, hoc pertinet uti contingit in fidejussione, in hac enim aliquando certa cujusdam Personæ fides spectatur, cuius virtute, si non tantum promissus, sed & acceptus fuerit certus fidejusso, late Ant. Hering. d. Tr. Cap. 20. §. 37. mutari, & Creditori invito alius obrudi non potest: Mevius. p. 3. *Decis. 6.* Nisi hic ad Cautionem in genere respectum habuerit, insuper habita fidejussoris Persona. Mev. d. l. n. 2. § 3. non tamen Industria Fidejussoris Electa dici potest; cum in hoc fidejussionis negotio principaliter non ad dores animi, nec ad habilitatem fidejussoris, sed ad facultates, & ad convenienti facilitatem attendi soleat, L. 3. §. fin. ff. ut in poss. legator. L. 41. ff. de Her. Pet. L. 2. § 5. f. qui pro reo ff. qui satisd. cog. L. 3. ff. d. Fidejuss. Hering. d. Tr. Cap. 8. num. 54. seq. Tantundem de Nuntio dicendum quod videlicet, illi aliquid committens, tantum ejus fidem, non vero diligentiam & Industriam ob oculos habuisse censendus sit: Cum nun-

tius: nil suo arbitrio facere possit, sed ad nudum nuntiandi actum obligatur; B. Dn. Lauterbach. Disp. d. Nunt. tb. 54, num. 3. seq. & tb. fin. num. 2. Unde Ddres hæc duo negotia fidejussionem & Nuntiationem quia nullam requirant industriam, a regula, quæ Mandatarium ad exactissimam diligentiam adstringit. L. 13. & 21. Cod. Mand. Arnold. Vim. L. 1. Select. quest. 52. in fin. & ad. §. 11. J. Mandat. num. 2. hactenus eximunt & insimo diligentiz gradui, consequenter Domini & Culpæ Latæ præstationi tantummodo obnoxia pronunciant. Struv. Ex. ad. P. 22. tb. 10. post. al. B. Resp. Paren. Dn. D. Harppr. Cons. 95. num. 552. Quod si vero fides & industria conjungantur, illa naturam hujus induit, effectusque participat. Cap. fin. §. fin. x. de Elect. & Elec. potest. Tusch. lit. D. Pr. Concl. 44; num. 64.

§. V.

Describi autem potest, Electio Certæ Personæ Industriæ, quod sit Actus voluntatis ejus, cui competit Electio, quo mediante, Certæ Personæ, ob singularem, de ipsius habilitate, Industria, &c. fiduciâ, aut peculiarem Negotii commissi indolem, vel denique solam voluntatem committentis sufficienter significatam, vel per iussa superiorum, vel per Conventionem, aut in Ultima Voluntate, negotium five inter vivos, five Morris Causa, dexter perficiendum committitur, & ab Electo suscipitur.

Dividitur in Expressam atque Tacitam: vid. Cap. seq. §. 1. alias divisiones ab Objecto desumpta vid. inf. cap. 3. §. 1. in fin.

Sedes hujus materiæ est in L. 31. pr. ff. de Solut. L. un. §. 9. vers. fin antea C. de Caduc. Toller. cap. fin. §. pem. & ult. x. de Offic. & Potest. Ind. Deleg.

CAP. II.

S U M M A R I A.

§. 1. Colligitur Electio C. P. Industriæ.

ex. (a) Tenore Re scripti, Com
tractus

- tractus, &c. cuius varia formula exhibentur.
- §. 2. (B) Ex qualitate Debitoris Industri. si Artifex, aut Persona Eximia. An Auriga huc pertineant?
- §. 3. (y) Ex qualitate Negotii Commissi, si illud Arduum. Aut Personae coharet, & per aliam Personam non aque commode explicari potest.
- §. 4. Aut indeterminatum; Aut in nudo ministerio consistit: Aut coram Principe expedendum: Aut concernit exercitium Reservatorum Princ.
- §. 5. E contra C. P. J. non presumitur Elect. si Persona Debitoris Industri. Creditori sit In cognita: aut Incerta.
- §. 6. Ex Indole Negotii, quod nullam Industri. requirit: Ab alio aque commode expediri potest. exempli Declarat. Dotis Alimentorum &c. Aut Certum, & Determinatum. Aut in Dando consistit, cum causa cognitione commissum, quod ab imperito promittitur:
- §. 7. Ex Accessoriis: An illud quod sola Dignitate Electi expressa commissum?
- §. 8. Pro cuius implemento fidejussor datur. Aut Heredes admittuntur, aut Conjuratores.

C. II.

Fontes Electionis C. P. Industri. aperitur, ad animum & intentionem Eligentis tanquam Cynosuram actuum humanorum ascendendum esse constat, B. Dn. Stryke in Us. Pr. M. ad Tit. Mand. §. 13. hanc autem tum Verba, certissimi, animi nostri, indices, tum alia signa nobis exhibent. Ex his enim Regulas hermenevicas, actuum civilium iure merito derivat Grot. d. J. B. ac P. tit. 2. cap. 10. Si 1. num. 2. Recte Interpretationis mensura (inquiens) est collectio mentis, ex signis maxime probabilitus; Ea signa sunt animi Generum: Verba, vel Conjectura aliae. Nimirum Industria Personæ eligitur vel Verbis in Rescripto, Commissione, Testamento, Contractu, Investitura, & simil: expressis, vel Tacite, ex Conditione Subjecti, vel Objecti, vel Accidentium electa censemur: Ex quibus ista principem obtinet:

B. 33 locum

locum, quod si enim disertis verbis explesum qued Industria negotium
 suscipiens, a Committente in primis fuerit spectata, cum dubitat oni nul-
 lus relinquitur locus; Innocent. & Abbas. ad cap. fin. §. 15. antem num.
 6. x. de Off. Deleg. Franc. Merlin. Controvers. Forens. cap. 84. num. 10.
 Non tamen ad hanc solennem Industriæ nuncupationem adstringatur ele-
 ctio, sed plures aliae sunt formulae, ex quibus hoc ipsum justè colligitur:
 Eandem enim vim Dres tribunt verbis: Per Te videoas. Per Te co-
 gnoscas solum ut ex Cap. cum clarum cap. cum dilecto x. de Rescr. de-
 ducit: Grat. Cons. 1. maxime si additum Per te solum nec per alium, aut
 si a Principe, verbis præcise imperativis juncta sint. Per Te vel per vos
 expediti mandamus, vel præcipimus. Vir gebieten. R. Dn. Stryk. Disp.
 de Deleg. Principis Cap. 3. num. 16. quoniam ali poft Baldum in d. cap.
 fin. x. de Offic. & potest. Indust. Deleg. num. 3. hoc pronomen Tu, vel
 per Te solummodo ad demonstrandam Personam adjici solere contendat.
 Ideoque si in Rescripto simpliciter dicatur. Per Te cognoscas. C. P.
 Industriam non electam communiter placuisse testet Gail. Lib. 1. Obs. 97.
 n. 6. add. Al. Riccius Prax. Forens. Jud. Ecc. Dec. 88. n. 6. Autem Pro-
 nomina Demonstrativa Personalia, alias quidem quando non sumus in la-
 dustrialibus, utique demonstrant, non restringunt. Zepper. in Cynos. leg. C.
 48. n. 26. At e contra quando de El. C. P. I. quæstio consurgit, ut si v. g.
 agatur de Actu ad hæredes non transitorio, aut similes conjecturæ ad finit
 dispositionem ad Personam restringunt. Zepp. d. l. Quæfiescumque autem
 actus committitur per verba, Personalitatem denotantia, Certæ Person. In-
 dustria Electa videtur, Sabeil. Summa Dec. voce Ind. n. 1. unde cum circa re-
 gimen Gabella Bononiensis Socii Locatores inter se pacti essent: Che effo sign.
 Marf. debba Lui reggere, e governare detta Gabella Joh. Petr. Aetolinus, con-
 siderans pronomina Effo & Iury sc. Ipse, quoniam sint personalissima, & ad aliam
 personam referri nequeant, Industriam prædicti Marfilii electam fuisse de-
 ducit Resol. 22. per tot. maxime num. 2. & 3. Idem de verbis: Das will ich
 ihm jahlen trad. Brunnenmann. Cons. 174. num. 36. & 37. id quod in casu, ubi
 alia quoque Electæ Industriæ gnosisnata concurrunt, concedit Noalis l. c.
 num. 160. Geminatione de cuius effectu in genere vid. plur. ap. Manz. Spec.
 Jur. voce Gemminatio; idem colligunt Dres., ut si dictum. Per Te, Te, aut
 Tu, Tu, hoc agas. Græveus Concl. Præf. 97. Consid. 1. num. 7. Alexand. Spe-
 relli Decis. 106. num. 61. Aloys Riccius. Prax. Forens. Ecclesi. Decis.
 88. num.

88. num. 6. vers. Undecimo post Bald. Crot. Riminald. & al. Menoch. lib. 2. presumpt. 21. num. 11. Etiam si geminata seu multiplicata ejusmodi verba, absque intervallo, unico contextu fuerint prolati, Facultas Juris hujus Eberhard. ap Klock. Consil. Adopt. T. 4. Consil. 5. num. 220. & B. Resp. Carentem Din. Harpp. Consil. 20. num. 11 post. al. Zepper. d. tr. Cap. 17. num. 16. Consentit in terminis praesentis tractationis Menoch. d. l. Dissentit Barbat. ad cap. final. x. d. Offic. & potest. Ind. Deleg. Paul. Orian. ad L. 1. num. 52 ff. de off. ejus mand. jurisd. argum. L. 18. §. 1. ff. de Pignor. At. ad quam tamen Resp. Menoch. d. l. Ejusdem Valoris est Clausula Re scripti: Personaliter exequaris. arg. d. cap. fin. §. is autem, &c. ibi: is autem cui injungitur ut personaliter negotium exequatur, &c. cum his omnibus in causis Industriam, & fidem persone, cui talia committimus, eligere videamur, &c. de Off. & pot. jud. Deleg. Clem. 1. ibi: Personaliter exercentes d. vita & Honestat. Cleric & ibi gloss. D. Etio enim personaliter est præcisa, exiguitque veram personalitatem Abbas add. cap. fin. x. de offic. & pot. Ind. Deleg. num. 1. & 5. Ubi dicit distinctionem illam qualificare, & dare formam, eumque sequuntur communiter scribentes, signanter Felin. ad d. c. f. x. de Off. & potest. Ind. Deleg. num. 2. ad verb. Is autem Gilhausen Arbor. Judic. Cap. 1. §. 7. num. 15. Mascard. de probat. Coral. 594. num. 4. Menoch. d. l. num. 13. & 24. post Riminald. Jason. & alii Sperelli d. Decif. 106. num. 49 Bald. ad L. nn. §. ne autem num. 6. & c. de Caduc. tollend. ubi dicit: quod. si pater, in suo testamento caverit, ut filius personaliter visitare debeat zedem S. Jacobi Compostellani, per substitutum hoc ipsum peragere ne queat, Menoch. lib. 5. pref. 92. num. 7. Ricc. d. l. num. 1. vers. secunda, &c. Sic si Lex aut statutum aliqui onus in propria persona jumentum praestandi imponat, procurator non admittitur. Sperell. Decif. 106. n. 26. Inf. vid. Oldckop. de Iurejnr. in Alter. Anim. num. 52. seq. Aut si quis suis manibus, propriis manibus peragere iussus fuerit, Vant. d. Nullitat. tit. de Nullitatib. ex defectu jurisdict. delegat. num. 21. Surd. Consil. 435. num. 1. post Purpurat. Caccialup. & al. Sperelli d. l. num. 47. vel quando commissum ut causam mandatam Proprio judicio expediat, de ea cognoscatur, vel definatur. Menoch. Lib. 2. Pref. 21. num. 15. Felin. ad d. cap. fin. x. de Off. & pot. ind. deleg. num. 2. Ceterum in negotiis quoque parvi prajudicii, ex hisce Clausulis C. P. Industria electa censebitur

bitur, quoniam minima pars solennitatis neglecta, negotium vitiat, &
 in iis, que ad formam pertinent, regula de non curandis modicis exu-
 lat, per tradita Felini d. l. num. 3. ubi addit. alias ejusmodi Clausulas o-
 ficiofas fore add. omnino Joh. Theodorus Sprenger. de Modico Cap. 5. n.
 10. & committens ex ratione fortean non omnibus & que cognita, huic
 potius, quam illi negotium, in persona expedientum commisit, ab hujus
 autem intentione sufficienter expressa, ne latum quidem unguem receden-
 dum: Sperell. d. Decis. 106. num. 5. Porro industria Personæ electæ in-
 telligitur, si ex Clausulis Commissionis appareat, negotium ex singulari, er-
 ga personam electam, fiducia, & ob singularem ipsius probitatem, pru-
 dentiam, legalitatem & firm. ipsi demandatum fuisse: Huc pertinet Clausula
 illa, delegationibus, & commissionibus communiter inferi solita: Com-
 mittimus Tibi causam talen de tua prudentia plene confidentes Gail. d. l.
 num. 6. vel freti sive consilij tua prudentia & dexteritate, mandamus
 ita in specie consuluit, Alexand. Raudens. Resp. 26. num. 181. part. 1.
 Joh. Vinc. Hondezel: Consult. 55. num. 77. Vol. 1. Mascard. d. l. num. 3.
 & 4. Idem de Clausul. confidentes de fide, circumspectione, bonitate
 tua, post Butr. docet Stephan. Gratian. Decis. 157. in addit. ad num. 1.
 & 2. Aloys. Ricc. d. Decis. 88. num. 1. Discretione tua Tusch. de Con-
 clus. 196. num. 9. Gilhaulen. d. l. num. 15. Gratian. discept. For. cap.
 778. n. 9. Idem per verba: Integritate, Prudentia, & Scientia tua &
 consul. Jacopin. a Riminald. Conf. 351. num. 19. & 20. Et cum Epis-
 scopo causa sequenti formalia delegata fuisset. Fidei & diligentia tua
 tanti momenti committimus negotium, quod scimus, ad nos te referi-
 pturum, non que incertis andieris autoribus, sed que manifeste com-
 pereris, & temeris manu, hac verba particularem confidentiam impor-
 tare, ex quo Industria Electa censetur, decidit Farinac. Decis. 233. n.
 2. Ruland. Formul. Commission. fol. 40. ibi: Wann wir aber zu E. W.
 ein sonder zuversichtlich Vertrauen haben / &c. als ersuchen wir / &c.
 vel credimus Dexteritati Tiae, unde Clausula: Wir wollen Ihn /
 Schadlos halten und was Er in unserm Nahmen abhandlen wird / bei
 männlich vertreten / &c. Stryk. d. l. num. 19. De illo autem inter Dres
 controvertitur, an & Clausula Commissionibus, & Delegationibus aliquan-
 do adjici solita: super quo conscientiam tuam overamus, wir wollen es Euch hier-
 mit / auf Euer Gewissen gebunden haben / &c. Electionem Industriæ
 inferat?

inferat? Negativam amplectitur Abbas ad d. cap. fin. x. d. Offic. & Pot. Judic. Deleg. in fin. ubi dicit: se ita in quadam causa, a Papa Episcopo Florentino commissa consuluisse: Angel. in Autb. aubac C. de Judic. inquietus, hanc quaestione, in contingentia facti, fuisse disputatam, & pro Abbatis opinione judicatum; quam sequitur Ancharan: in Clement. i. quæstion. 15. d. For. Compet. Et cum hicce articulus acriter discussus fuisse, in Auditorio Rotæ, eadem hæc negativa obtinuit, pro quo dictum fuit, adesse communem obseruantiam. Decif. Rotæ Rom. 18. de Concess. Preb. in Novis. Gratian. d. Decif. 157. n. 8. & Discept. For. d. Cap. 738. num. 2. idque arg. Clem. Eximi de Verb. Signif. Tacite enim omnibus commissionibus hoc in esse videri, ut cuncta agant secundum conscientiam cap. i. de re judic. in 6to. expressio autem illius, quod tacite inest; nil novi operari, arg. L. 3. de leg. 3. & L. 3. C. de Fidaj. non ergo nisi in vim moniti, & ad excitandum officium Commissarii, adjici, unde sufficeret, si causam bono Viro subdeleget, si ipse eandem perficeret. nulli: Gratian. dd. II. Verum affirmativa subscriptit Alexand. in l. more majorum. num. 23. Vers. & quid si dictum, &c. ff. de Jurisdiction. Jafon. in l. i. num. 10. Vers. quinto limita, & num. 29. Vers. & dicunt, ff. de off. ej. cui mand. jurisdict. ubi dicit hoc esse verum quicquid dixerit Abbas: cuius alias, licet contra jura, & autoritates loquentis, magna sit autoritas. Alexand. in l. judice sub. num. 3. & 4. C. de Judic. ubi dicit, hoc esse notandum, quia hæc Clausula quotidie Literis Papæ inseratur: & plures quos allegant consentientes Ricc. d. Decif. 88. n. 5. Græveus d. Concl. 97. Confid. i. num. 10. Gal. d. l. num. 5. B. D. Stryk. d. Disp. num. 22. Felin. autem ad. d. cap. fin. x. de Off. & pot. jud. Del. num. 2. Distinctionis sedere, contrarias hæc sententias in concordiam reducere conatur, ut nimirum Negantium obtineat, si scriptum fuerit: super quo conscientiam tuam one-ramus. Affirmativa vero si scriptum: Decidas causam secundum tuam conscientiam, hisce enim Verbis Delegationi Certam formam praescribi, quam distinctionem sequitur Genuens. in Pract. Neapol. cap. 85. num. 5. ubi dicitur hanc esse veriorem, sive se vidisse in Curia Archiepiscopali servari: Marchesan. de Commission. part. i. cap. 6. n. 92. fol. 257, aliquæ apud Sperell. d. L. num. 55. in fin. ubi nec Abbatem ab hac distinctione alienum esse notat. Nobis, in Universum, hæc quaestio, Voluntatis esse, ad hanc

hanc autem indagandam, hæc Clausula apprime conducere videtur. Tum, quod juxta dictum glossæ in L. sicuti f. de Arbitris motus animi, & conscientia cuiuslibet propriæ, alias non possit committi Noalis d. Transmiss. Cak. 35. n. 2. seqq. Nec enim Voluntas Tua, mea Voluntas est, sicut anima Tua, non est anima mea, ut loquuntur citati a Paris. conf. 38. n. 27. lib. 3. Surd. conf. 380. num. 261. Tum quod, quanto versamus in dubio, C. P. Industria electa censetur, Ricc. d. Decis. 88. num. 7. Mascard. d. concl. 595. num. 1. Tum quod nullum verbum, imo nec syllaba, fructu & fine virtute operandi, posita esse intelligatur. arg. L. 4. pr. ff. de Uſur. L. 109. de leg. 1. cap. 5. § 10. in med. d. privileg. in 6. Mantica d. Tac. & Ambig. Convent. lib. 2. tit. 12. n. 1. Et conf. 5. n. 24. conf. 19. num. 3. conf. 49. num. 62. maxime in Rescriptis, & Commissionibus. Zepper. d. l. cap. 12. num. 44. seqq. quod latius exornat Beatus conf. 25. num. 25. § 26. lib. 1.

§. II.

Ex qualitate Subjecti hand levis conjectura, Electæ C. P. J. capit. si Artifex pollicetur, propriis manibus, ac suo facto Opus aliquod absolvere, arg. L. probat. 9. C. de divers. Offic. lib. 12. Cœpolla in L. si quis num. 7. in fin. de Verb. sign. & hunc modum præcipuum esse, ex iis, quibus Ind. alicuius electa intelligatur, tradi Ronchegall. d. tr. ad. L. 5. num. 23. Alexand. L. 4. confil. 131. num. 13. § 132. num. 7. Modo Artifex ex causa onerosa proficerit, nam in gratuitis hanc præsumptionem cessare, confusil. Alexand. lib. 1. conf. 105. num. 23. Tulus lit. 1. concl. Pr. 105. n. 9. seq. cuius tamen diversi juris rationaem idoneam nullam videmus. Fundamentum hujus conjecturæ in eo positum, quoniam Mandatario, & procuratori, similius est Artifex, aliquid faciendum suscipiens, quam quilibet aliud Conductor, cum ejus Persona & industria eligatur, que major esse solet & debet, in eo, qui se Artificem profitetur L. 31. ff. de solut. uti ratiocinatur Ant. Faber Rat. ad l. 25. f. 7. ff. Loc. Cond. sub hac qualitate Artificis autem ad aliena accedunt negotia, operasque suas tanquam Artifices locant, qui singularem rei illius tractandæ profertur, taciteque promittunt peritiam, exactissimamque diligentiam, maxime si res eandem requirat, ut si quis verb. grta. Polituram Admantum aliarumve Gemmarum, aut Cœlaturam Auri, vel Argenti, in se suscepit, vel res sit delicationis usus, ut de facili devastari possit; Cyriac.

Niger

Niger concl. 166. num. 12. Actolin. Resol. 64. num. 36. An & Aurigæ
huc pertineant, quæ? Rep. ipsos non quidem tanquam peritos Artifi-
ces, merces, vel alias res transportandas conducere, sed duntaxat eate-
nus, quatenus ipsi singularem, licet late sic dictam, artem vectoriam, vel
si mavis Vectoriam das Führwerk / tanquam Artifices, seu valde periti
talium Operarum Locatores profiterentur, in censum artificum venire: B.
Dn. D. Harpr. Consult. Vol. Nov. cons. 30. num. 221. seq. Si Jcto alicui
eximio, aut ali cuidam excellenti Viro negotium commisum, ipsius In-
dustriam electam censeri tradit Grav. Libr. 1. concl. præl. 97. num. 5.
Cum sola Personæ excellencia id arguat: Menoch. d. lib. 5. Presumpe.
92. num. 10. ubi addit. sicut Alexander Macedo, non nisi ab Apelle pin-
gi, & à Lysippo singi voluit; Ita & nostra xata, pergit Menoch. si quis pin-
gi voluisse, a Michaeli Angelo Florentino, excellenta Personæ bujus ar-
guit, ac præsumere facit, Elec tam fuisse ipius Industriam. Sed de hisce
cap. seq. plur. agendi locus erit.

§. III.

Sed & Natura Negotii considerata, Industriam Personæ aliquando
Elec tam fuisse, justè colligitur: In omnibus namque factis Gravibus &
Arduis singularem præcautionem requirentibus huic præsumptioni locum
tribuunt Dctres. Fachinæ. lib. 1. cons. 70. num. 36. Gravetta cons. 303. n.
3. Hondeda: Vol. 1. consult. 55. num. 77. seq. qui plur. allegant. Hanc-
que conclusionem: Ardua & gravia sunt mandata. Ergo C. P. J. est Electa,
veram esse scribit, Menoch. A. J. Q. lib. 1. quæst. 68. num. 15. ubi:
Dec. Alexand. Jason & al. in terminis consentientes adducit, & quod ex
magnitude atque importancia negotii C. P. J. Electa censeatur, tradit
Card. Tusch. lit. J. concl. Pr. 106. num. 10. & 11. Al. Ricc. d. Decis.
88. num. 6. quænam autem Causa pro Arduis haberi debeant? vix cer-
ta comprehendti regula potest, Menoch. de A. J. Q. lib. Cent 3. Cas.
205. n. 4. apud bonos Authores, afferit, arduum dici, quod difficile est
& juxta Gell. N. A. Lib. 4. cap. 15. arduum acci, pro difficulti, mole-
sto, intractabili; magis vero ad speciem descendendo Dctres pro arduis
passim reputant: (1.) Causam omnium, vel majoris partis bonorum;
Menoch. A. J. Q. Cas. 110. num. 4. & 5. (2.) Famæ, (3.) Amis-
nis Beneficii (4.) Causas Status, Potissimum vero hoc nomen merentur,
Causæ Matrimoniales, & Criminales. Zanger. d. Except. part. I. C. I.
num.

num. 49. & 52. quæ proinde hoc nomine æquiparantur, Gail. L. 1. Obs.
 94. num. 1. & Obs. 107. num. 12. quemadmodum enim in his de capite agi-
 tur; Ita in Matrimonio de felicitate hominis temporali Gail. de Pac. Publ.
 cap. 15. num. 5. & d. Obs. 94. num. 7. Alii vero in quæstione, quæ-
 nam pro Arduis habendæ? Earundem designationem reætius judicis arbit-
 rior transcribunt: arg. l. 1. ff. de Jur. Delib. Menoch. d. Cus. 205. num.
 3. & num. 6. in fin. Zanger. l. c. num. 53. Seraphim. de Seraphim. d. Pri-
 vil. Juram. Pr. 4. num. 101. Manz. Special. Jur. voce Arduitas. &c. p.
 m. 54. Illa quoque facta, que non æque bene per omnes sunt explica-
 bilia, sed persone cui incumbunt ita coherent, ut ab ea separari non pos-
 fint, peculiarem industriam omnino postulate videntur; Burfat; Conf. 86.
 num. 24. Aetolin. d. Resol. 22. num. 6. Gilhausen d. p. 1. cap. 1. num. 14.
 per text. rotundum in, L. un. §. 9. ibi: si vero talis est verborum conce-
 ptio, & facti natura, ut, quod relatum est, ab alio impleri non possit, tunc
 et si lucrum ad aliquem pervenit, gravamen non sequi, quia hoc nec ipsa
 natura concedit, neque Testator veluit. Quid enim si Testator iussiceret
 eum, in certum locum abiire, vel liberalibus imbuī studiis, vel do-
 cum suis manibus exstruere, vel pingere, vel uxorem ducere? que or-
 mula Testatoris voluntas in ipsis Ioliis persona intelligitur conclusisse,
 munificentiam relinquebat, &c. C. de Caduc: Toll. & ibi Ddies. Huc
 itaque pertinet Condicio, si filiam meam duxeris, hoc enim Factum sic
 in Persona Tua radicari, ut non possit, nec ego velim, ab alio adim-
 pleri: dicit Sichard. ad L. 13. C. de Contrab. stipul. in fin. Aut si Tibi 100.
 legavero, ut Liberos meos institnas, factum institutionis in tua Persona ha-
 ret, Te enim potissimum elegi, & ideo ad alterum non transit; Sichard.
 d. l. add. arg. 81. & 83. §. fin. l. 97. pr. l. III. τ. de Verb. Obligat. 1.
 6. S. 7. π. d. Statis Liber. Pantchman. lib. 1. quest. Pr. 19. num. 101.
 seq. vid. Modest. Pistor. Vol. 2. Conf. 1. num. 34. B. D. Bardili de Oblig.
 faciend. th. 80. in fin. Menoch. d. Pres. 92. num. 5. In his enim & si-
 milibus Creditor potius factum quam effectum ex facto resultantem respi-
 cit. Cancer. Var. Resol. P. 3. cap. 20. num. 136. seq. five ut loquitur Aretin.
 ad. L. 4. de Verb. Ob. num. 2. in fin. Debitor magis promittit, ipsius
 fieri, quam factum, quod ex Operæ profluit, adeoque ipsius Industria E-
 lecta arg. L. 31. pr. ff. de Solut. L. 21. §. fin. d. leg. 3. Unde quando
 & contrario effectus respicitur, non factum seu Operatio, Personæ hoc
 effectu.

effectu, ut ejus Industria credatur electa, non cohæret: Cancer. d. l. num.
 138 seq. Multo autem magis hactenus dicta obtainent, in Operis Artificialibus, in quibus vertitur ingenium, & Ars, aut experientia, non naturalis, sed continuis exercitiis acquisita Cyriac. Niger. d. controv. 115. n. 4. §
 1. B. D. Bardili d. Obligat. Faciend. tb. 71. Nam jure Veteri inter obligationem dandi, & faciendi, hoc d. scriminis quoque intercessit, ut in hac quidem, ob summam factorum personalitatem, semper & indistincte Certæ P. J. spectata videretur; At vero Justinianus Imper. contraria in L. 13. C. de Contrah. stipul. fancivit regulam, quæ tamen ad operas Artificialias, aut Personæ cohærentes, quæ per alium non æque commode explicari queunt, non pertinet, hæc enim, sub consideratione singularis Industria, adhucdum hodie, demandantur, Cephal. Conf. 630. num. 15. Perez. ad Cod. de Contrah. Stip. num. 17. B. D. Bardili d. Diff. tb. 74, 12. B. Dn. Stryk. V. P. M. ad tit. Mand. §. 14.

§. IV.

Quod si alicui aliquid committitur negotii, verum ratio illud expediendi, certaque & exacta, quam sequi debeat, forma, nullatenus fuerit prescripta, tum arbitrio Ipsiis, & solertia, expeditio commissa censetur, at actus arbitrio Personæ reliqui, hancce non egrediuntur, sed ejusmodi libera agendi potestas, indicinam potius præbet, Industriam Personæ electam esse. arg. L. in Compromissis ff. d. Recept. qui arbitr. L. si quis arbitratur ff. de Verb. Oblig. L. fin. in f. C. d. Contr. Empt. Vend. L. si merces pr. ff. Loc. Cond. Gratian. Disq. For. Tom. 5. cap. 978. num. 31. Menoch. d. cap. 68. num. 13. § 28. Cravetta Conf. 203. num. 3. Merlin. d. Controv. 84. num. 9. § 10. Aetolin. d. Resol. 22. n. 7. Ricc. d. Dec. 88. n. 2. Tusch. d. l. n. 17. vid. cap. seq. §. 12. simile judicium esto, ubicumque mera facti exercitio seu præstatio, vel nudum ministerium, in quo fides & Industria praefiantis versatur, alicui committitur; Tusch. d. l. num. 20. § 21. B. Dn. Harpp. Conf. 38. n. 69. § 70. Ricc. d. l. n. 3. § part. 2. Dec. 621. Gail. L. 2. Obs. 97. n. 1 in fin. add. cap. seq. §. 12. vel si Princeps alicui Exercituum Servitorum committat Ricc. d. Decif. 88. num. 4. vid. cap. seq. §. 8. sicuti & in omnibus coram Principe expedieadis. Tusch. d. l. num. 13. quin & in dubio Industriam Personæ Electam censi tradunt passim Ddres. arg. L. si continuus §. si ab eo, &c. ff. de Verb. Obl. Gloss. & Bartolus in L. inter Artifices ff. de solnt. Aym. Cravetta Conf. 875. num. 1. in fin. Grav.

Grav. L. 1. concl. 97. confid. 1. num. 1. Ronchegall. d. Tr. ad. L. 5. ff.
de Duob. Reis num. 18. 21. & 22. idque non tantum si nota characteristicæ
hujus Electionis in unum concurrent, sed sufficit, si vel alterutrum
signorum de quibus proxime egimus, & plur. vid. potest Felin. d.l. Cotpote
qua non copulative requirunt voluntatem mandantis demonstret.

§. V.

At alia omnia ex natura Contrariorum dicenda erunt, quando &
Verba, Clausulæque Rescripti, Commissionis, eliusve Dispositionis facti-
que qualitas hanc præsumptionem non admittunt: Multoque magis, si tales
ex adverso se offerant conjecturæ, ex quibus, Personæ Industriam minime
electam fuisse, iusta interpretatione colligitur. Sunt autem varia iterum indicia
ex quibus id ipsum cognoscimus: sic, illorum prudentiam, dexteritatem, alias
que peculiares animi qualitates elegisse vix dici possimus, quos ne noveri-
mus quidem, unde quando Personæ Incognite & incertæ aliquid committitur
illius Industria haud facile electa censi potest. Tusch. d. concl. 106. num. 15.
ubi hoc ampliat, etiam si causa fuerit ardua, qua enim ex hac qualitate
negotii orlatum præsumtio, alia, & quidem fortiori, quod Persona sit
incognita tolli existimat: Nisi constet quod incognite personæ aliquid com-
mittentes, non tam Personæ, hujus vel illius, sed in genere illius, quem
animo suo subjecit, Hominis, e. g. certo munere fungentis, fidem & Pruden-
tiam respexerint, tum enim, Incognita quoque Personæ Industriam speratam
atque spectatam, dicinilh vetat; arg. eorum, qua tradit B. Dn. Lauterb. Th.
Synopt. de Arbitr. Comprom. th. 42. num. 15. seq.

§. VI.

Præterea in factis, que nullam singularem peritiam & Industriam
Personæ, sive natura posulant, in quibus nil interest, a quoniam pera-
gantur; eandem exigere velle, inutile proorsus & inconcinnum foret: cum
in hisce nunquam requiratur: Corneus conf. 243. Col. pen. lib. 5. Cra-
vetta d. Conf. 875. num. 5. vers. Tertio, &c. vid. supra cap. 1. §. 4.
in fin. hisce consequenter, cum unus ex Cohæredibus, Testatore, jul-
sus esset, hereditatem in tres partes exciscere, & tertiaz partis electionem,
cohæredi substituto, cedendere, Industriam illius, cui onus dividendi am-
positum, electam non censi, sed vel per gravati filios, istud exequi posse
deducit Cyriac. Niger d. Controv. 115. Et Industriam Socii, Conductio-

nis Vectigalis Mediolanensis, cuius exigendi modus, LLbus, moribus,
 & instrumento definitus erat: ita ut res omnis, magis opera, & ministre-
 rio exigentum, quam industria personarum confisteret, electam non
 conferi, consul. Cravetta d. consil. 875. Ex eadem prorsus ratione, Arbit-
 ratoris, ad liquidandam, & declarandam dotem incertam promissam, non
 eligitur industria. Et si enim vel nolit, vel non possit arbitrari, hanc tamen
 opera, per alterius boni viri arbitrium, ad quod favere dotium, ne mu-
 ller indotata maneat, & nubendi conditionem amittat. Bald. Novell. de Do-
 te, part. 6. Piv. 9. n. 1. recurratur, vel etiam a judice suppleri, dotisque
 sine certa quantitate facta promissio habito respectu ad facultates dotan-
 tium, dignitatem parentum, qualitatem Personae dotandae, ipsius Con-
 jugis, numeri liberorum, & consuetudinem Patriæ, determinari debeat
 Mev. ad Jus Lub. p. 2. I. 2. Art. 36. numm. 27. seqq. utique si pater in-
 certam dotem promiserit, non vero si ipsa Coniux aut Extraneus, L. 69.
 §. 4. ff. d. Jur. Dot. L. 1. & L. 3. C. de Dot. promiss. & ibi: Brunn.
 ubi hanc sententiam receptissimam dicit. Menoch. L. 1. Pref. 43. Anton.
 Guibert. Constanus de Jur. Dot. cap. 4. num. 3. seqq. Unde quod Per-
 sonæ industria, in declaratione douis incertæ promissa, non videatur ele-
 gta in terminis consului. Menoch. consil. 93. numm. 17. 18. seqq. consent.
 Noalis. d. Fr. Cas. 38. num. 15. quod ipsum Ddres extendunt ad Alimen-
 ta, sine certa quantitate promissa, & Legata piis locis pari modo relicta,
 de quibus videri potest Noal. d. I. num. 16. B. Dn. D. Frommann Disp.
 d. Arbitr. B. Viri thes. 44. 54. 45. & 46. Cessat hanc quoque præsumptio
 quando Certi & Determinati actus alicui committuntur, arg. L. cum minis
 ff. de Alim. Leg. Merlin. d. Contr. 84. num. 4. Gratian. d. Dec. 157. in
 addit. ad num. 13. unde quando commissum est, quid, & quantum fie-
 ri debeat? non censetur Industri. P. El. Jacopin. a Riminal. cons. 633. n.
 7. quare, quod Notarius, cui partes dant Minutam, quomodo velint
 contrahere, instrumentum per alium facere possit, consul. Jacopin a Ri-
 min. cons. 630. per tot. maxime num. 6. Obligationes dandi pariter In-
 dustriam personæ non requirunt, cum nihil interficit, quis det? modo ei
 detur, qui nominatus est. Neque recte infertur. Non potest alii dari, quam
 ei, qui nominatus est. E. non etiam alius, quam qui iustus, est, cum re-
 ferat, cui detur? non quis det? Pantzschmann. L. 1. qnest. Pr. 19. n. 102.
 in fin.

in fin. Nam et si alicui fuerit ad Centum obligatus, nil inter est, an per me, an per alium, meo nomine, solutio fiat: Gilhausen d. tr. l. c. n. 12. Cum ignorans, & invitus Debitor, pro quo tertius solvit, ex jugo Creditoris extrahatur Freyer de Solution, cap. 2. num. 38. vel si negotium cum cause cognitione commissum, Gratian. d. cap. 738. num. 12. & d. Decis. 157. num. 12. Menoch. Cons. 17. num. 3. Tantundem dicendum, de Creditore Faciendo, cui Opere Artificiales, ab imperito istius Artis, promittuntur, Alexand. L. 3. Cons. 105. num. 22. unde in facto, ad quod explicandum, Debitoris Persona est inhabilis, hujus Industriam, non intelligi, electam, Ddres post Bartol. communiter assertare restatur Aretin. ad L. 137. s. si eo: Eccl. ff. de Verb. Obl. num. 17. & ad L. 4. ff. de Diob. Reis. num. 2. idque si Creditor, inhabilitatis Debitoris, bene sit gnarus, indubium est, arg. d. l. 137. §. 5. ibi: si ab eo stipulatus sim, qui efficere non posset, cum alii possibilis sit, iure factam obligationem, Sabinius. scribit Eccl. de Verb. Oblig. & ibi Zasius, sed si Creditor, conditionem Personæ Debitoris ignoret, vel falsa opinione deceptus, debitorem operas promis las, v. gr. in describendo aliquo Libro, aut pingendo imaginem, omnino in propria persona præstare posse, existimaverit, quer? An stipulatio sit irrita, an vero haec tenus valida; ut Debitor alterius ministerio, opus promissum urgente Creditore peragere teneatur? Resp. Raphaelem Cumanium, & Castrensi. ad. d. L. 137. §. 5. d. V. O. hoc in casu stipulationem, tanquam super impossibili initata, invalidam pronuntiare, quibus accedit Aretin. d. l. quia dissensus sit in Objecto, dum Creditor, manum Debitoris desideraverit, hic vero, manum alterius surrogare necesse habeat; Sed rectius Aliciat. ad L. 137. §. 5. ff. de V. O. pro validitate obligationis calculum ponit, sub jiciens: e jussu modi impedimentum Personæ, obligationis implementum, potius difficile reddere, quam impossibile; Neque audiendum esse Debitorem, qui ut obligationem eludat, forte causetur, ipsius Industriam fuisse electam, cum tamen nullam prorsus habeat.

§. VII.

Commissiones, sola dignitate Commissarii expressa, emanatas, ad Industriam Personæ minime reflectere, imo ne quidem cum Persona Commissarii extingui, sed in successorem in dignitate transfire, haud infirmi sub sellii Ddres propugnant: Gratian. d. Decis. 157. n. 5. Disc. cap. 733. n. 1. Noalis d. Tr. Cas. 50. num. 1. seqq. Dignitatem enim nunquam interire, sed

sed in successorem dignitatis invariantem transmitti, ipsamque commissio-
 nem, vel delegationem, usque dum successor apprehendat dignitatem,
 eandem sustinere p. cap. si gratiore de Rescript. in 6. C. lib. cap. 12.
 quest. 2. l. meminisse ff. de Officio. Procons. Tusch. litr. D. Conclus.
 420. idque non tantum obtinere volunt, quando negotium coram primo
 delegato jam est coemptum, sed etiam, quando res adhuc est integra Me-
 noch. Arb. Ind. Q. L. 1. quest. 68. num. 22. Noalis d. l. num. 2. ubi
 plures cummular, unde quod Commissio, Vicario Episcopi facta, ipso
 vel demortuo, vel alio modo, ab hoc officio decedente, ad successorem
 officii transeat: tradunt in term. Gabriel. Tom. 2. cons. 32. num. 7. &
 seqq. Paris de Resign. L. 1. quest. 11. num. 17. Sbrozza d. Offic. Vic. quest.
 40. num. 1. & 2. Lib. 3. Garz. d. Benef. part. 6. cap. 2. num. 34. & 35.
 Petrus Dec. 487. lib. 2. & ita in Praxi servari testatur Cardin. in Clem. 2. n.
 6. in fin. de Rescript. Gambara de Antb. Legati a Lat. Lib. 8. num. 97.
 Noalis d. l. num. 4. ubi in fin. plur. rationes & texxt. affert. Hancque
 sententiam quam & ubique practicaverit, sibi sem-
 per placuisse testatur Alexand. Spc. illi Dec. 31. num. 13. seq. ubi dicit: In-
 tentionem Pontificis vel aliorum superiorum, esse causam, committere
 tribunali, nulla habita ratione Personarum, nec magis Industriam præteriti
 quam futuri Vicarii electam fuisse, idque multis ampliat Noalis. d. l.
 num. 5. seq. usque 12. adeo ut delegationem Vicario Episcopi sub nomine di-
 gnitatis etiam cum Clavis. Conscientiam Tuam oneramus, factam, ad
 successores ejus transire velit, Mart. Dig. Noviss. Tom. 1. voce Deleg. cap.
 22. laud. Sperelli Dec. 166. quanquam non desint, qui ab hac sententiare
 cedant, & Commissionem, licet sub nomine dignitatis, Vicario Episcopi
 factam, cum ipsius Persona extingui, & successorem causam ejusmodi, nec
 cognoscere, nec decidere valere contendant quam communissimam Legista-
 rum Canonistarum, opinionem esse dicit Borgnini Cavalcane. part. 1. De-
 cip. 40. num. 22. & p. 3. Dec. 28. num. 20. ubi secundum eandem Romæ
 judicatum refert, pluresque sententia Patronos laudat. Noal. d. num. 4.
 & in fr. Nobis ad dignoscendum, an Personæ Industriæ a committente
 electa fuerit, ne ad hujus intentionem tanquam electionis Industriæ helicem
 recurretendum multumque interesse videtur. Num sub titulo Dignitatis
 delegans, vel committens principaliter respexerit ad Personam, & qualita-
 tes in Dignitate constituti Commissarii. vel Delegati? An vero magis Of-
 ficium,

ficium, & Dignitatem ob oculos habuerit? Illo in Casii, Industriam E-
 lectam fuisse, nemo forte dubitaverit, late Barbosa in L. quia tale 19.
 num. 41. ff. solvit. Matrim. Covarruv. lib. 3. Varr. Refoll. cap. 15. num.
 2. plur. ap. Sperelli d. Dec. 166. n. 24. § 25. veluti: si causa ardua, sub no-
 mine Dignitatis vel Officis fuerint commissa, Tusch. lit. D. concl. 434. num.
 74. Vel si alicujus Fidei, & industria adscribitur, post Bald. Tusch.
 d. l. num. 63. Aut quando in Rescripto, aut Delegatione licet sub no-
 mine dignitatis facta, dictum. ex. grat. Committo causam Patriarche A-
 quilejensi, propter transactam in eo vitam. § acumen scientia sue arg.
 L. Titius S. Lnc. ff. de Liber. § postb. Noalis d. l. num. 21 adde
 num. 12. vel si Commissarius, cui sub nomine dignitatis, delegatum
 est negotium, Deleganti sanguinis vel singularis amicitiz vinculo sit jun-
 ctus, tunc enim potius considerata videtur causa consanguinitatis, & con-
 fidentiaz, quam dignitatis. Noalis d. l. num. 14. Vel denique si nomen
 proprium, & dignitatis simul, in Rescripto fuerit expressum, tum enim
 alii indistincte Personæ Industriam electam presumunt, arg. L. 33 ff. de Sit-
 pul. Serv. Egid. Bellamera Decis. 39. plur. ap. Sanchez, de Matrim. L.
 8. Disp. 27. num. 20. unde cum ita scriptum fuerat: Egregio LL. Dotteri
 Juliano Potefacti Foro Sempronii, &c. & in principio literarum: Egregie
 Doctor Dilecte noster, &c. hujus Industriam electam consuluit Alexander
 L. 5. cons. 175. num. 22. Alii vero insuper requirunt, ut nomen pro-
 prium, præcedat dignitatem, ut plures sentiunt, quas conductit Noalis d.
 l. num. 16. § 17. Idem & de reliquis superior. §§. recensit Electa In-
 dustriaz, signis, dicendam erit, Hoc vero in casii, cessat præsumptio af-
 fectionis, & confidentiaz, utpote, quæ regulariter, non de officio, aut
 munere qua tali, sed de Persona ista gerente, prædicatur. Sperelli d. De-
 cis. 31. num. 13. Officium autem solitarie resipexisse committentes, vel
 delegantem, ex eopatet, quando non tantum superiores Electa Industriaz
 præsumptiones, in totum cessant, sed etiam Rescriptum, non expresso
 nomine, Delegati, proprio, ad Dignitatem, & Officium fuerit directum.
 Tusch. d. conclus. 434. num. 1. Sperelli Dec. 166. num. 1. Wernes. Tom.
 1. cons. 249. num. 18. Laymann. ad cap. gratian. 20. x. de Off. Jud. De-
 leg. num. 1. ut si Princeps causam supremo Aulæ Mareschallo delegaret.
 B. D. Stryk. d. Deleg. Princip. cap. 5. num. 35. § 36.

VIII.

Perro non censetur Industria Personæ Electæ, quando Creditor a Debitori facti, fiducijsorem pro eodem facto accipit: quia, si fidejussor factum promissum prout principalis, explere potest, Industria Personæ non videbitur, Elect. Tusch. d. Concl. 106. num. 16. v. Bardili d. Disp. th. 125. 126. Et Ex. For. ad part. prior. n. 36. Concl. 7. lit. c. Nisi in casum cessationis, ipse fidejussor se ad factum obligaverit, arg. L. 5. ff. de Duob. Reis B. D. Bardili Disp. th. 35. vid. Ronchegalli d. tram. ad l. 1. Nemo est s. ff. d. duob. Reis num. 6. § 7. Denique si Heredes ad præstationem Facti, quod in Obligatione est, admittantur, Personæ Industriam Electam non esse apparent arg. L. cuius bonis ff. d. Curator. Fur. quam valde hanc in rem commendat, Baldi, in L. quisquis C. de Episc. & Cler. Carocc. d. Loc. Cond. part. 2. Tit. Ind. Pers. n. 6. § 7. Et notabile verbum Cyni add. L. quisquis Cod. de Episc. & Cler. In quacunque concessione fit mentio de Herede, ibi nunquam censetur Electa Personæ Industria, repetunt, & laudant Ancharan: in cap. si asubdel. de Offic. Deleg. in 6. Felin. in cap. in Peſent. num. 46. de probat. Barbat. Prefs. Cardin. part. 1. quest. Rol. a Valle Vol. 1. Cons. 23. num. 16. § 17. Cravetta d. Cons. 875. num. 5. vid. infr. cap. ult. s. 6. Idem dicendum, quando implementum Facti, non solis Personis principalibus, imponitur, sed his quoque Coadjutores assumere integrum est Cravetta d. l. num. 4.

CAP. III.

SUMMARIA.

- S. 1. Oeconomia Capitis.
 S. 2. In Publicis occurrit Sum-
 mum Imperium. Ipsius Impe-
 rianis Industri quandoque eligi-
 tur, sed & Princeps alterius

Principis Industriam elegit in
 Mediacione Pacis. Federi-
 bus. Aut etiam Ministrorum
 suorum, Legatorum, Dele-
 gorum, Commissariorum, ab
 D 2 Impre-

Imperatore, Imperio, Summis Tribunalibus. Ordinibus Imperii, Judicibus Infer. In Specie Deputatorum a Corpore Evangelico in Comitiis. Aut ad Moderationem Matricule. De Exercitio juris monetandi. De Industri. Austregarum, Advocatorum Armatorum, Officialium, Professorum in Academiis, & simil.

§. 3. In Feudalibus, quer. An in Omni Feudo Industria Vasalli. El? Hoc sit in Feudis Palatinis. An Equitum Melitensis Ind. El? De Feudo Filio famil. concessio. Pro Domino Feudi Directo:

§. 4. In Ecclesiasticis. Episcopi Ind. El. In Jure Visitandi. Concessione Alienationis Rei Eccles. Immobil. Dispensandi in De-reunionibus Matrimon. O-mittendis. Porro in aliis functionibus Canonicis. Parochi in Conscribendis Matricul. Eccles. Provisione de Beneficio Ecclesiast. Ar Regis Galliarum in exercendo Jure Regalia? de Expectantiis Muner. Eccles. An & quousque apud Protestantes Consistoriorum Ind. El?

§. 5. Porro in Judicialibus eligitur Industri. Judicis, maxime in Caussis Criminalibus. In appellalibus, An & quousque in Examine Testium in Causis Civilibus & Criminalibus?

§. 6. Actuariorum in Conscriben-dis Actis Judicii tum Civilis, tum Criminalis.

§. 7. Notariorum in conscriben-do Protocco; Exactorum Tributti, Steuer-Tiuehuer.

§. 8. An Comitum Palatii Cesarei.

§. 9. Arbitrorum Compromissari-orum. An si sub nomine digni-

tates diligant?

§. 10. Procuratorum Judicialium, Extrajudicialium, ad contra-hendum matrimonium, Plurimi um Universitatis Syndicorum.

§. 11. Circa Institutionem Majora-tus, jureque in illo succedendi.

§. 12. Ec Contractibus El. C. F.

§. in Mandato, quoniam? Ent. Venditione. Societate. Lo-duct. Cond. & al.

§. 13. Negotiis quoque Mortis Causa. Suprema Voluntati Unico Testi concredata. Legatis & Fideicommissis Electivis. Munere Executor. Ult. Volunt.

S. I.

Perlustravimus, antecedenti Capite, signa, ex quibus Industriam Personam spectatam fuisse, liquido cognoscitur, at vero, cum in omnes ferre Civilis vita actus, hic Personarum respectus, se diffundat, eo quidem effectu, qui presso pede, illum subsequitur, ut, exclusa omnivaria opera, is cuius industria negotium incumbit, eidem ipso metu teneatur: hoc enim apud Ddres, quoties quidem Industriæ mentio fit, tanquam necessarium consequens, annotatum reperitur: Quam ob rem Negotia, quæ isthanc admittunt, recensere, animus est, ita tamen, ut, quamvis, Electionis Industriæ Effectibus, peculiare Cap. seq. destinaverimus; attamen, ubi eosdem, absque, tractationis obsfuscatione, divellere non dabatur, simul indicare maluerimus. Sunt autem Negotia, in quibus C. P. J. eligitur, in universum, vel Publica, vel Privata, vel Fenalia, vel Allodialia, Ecclesiastica vel Secularia, Indicia, & iterum vel vere talia, vel quasi Indicia, vel Extrajudicia.

In Publicis, principem merito locum obtinet, *Summum Imperium*: Hujus namque partes in administratione, & defensione Reipublicæ, consistunt, quæ habilitatem Personæ, quam maxime requirit, quotiescunque itaque liberis populi suffragiis, illud Imperanti deferunt, Dignissimus vocari presumunt, add. *Coccej de Presumptione Qualitat. Fendal. Comitat. &c.* tit. 3. S. 9. in fin. permulum enim interest populi, a quo regatur? & quis ipsius saluti invigile? quum alia familia, singulare velut naturæ benignitate, hoc sibi proprium habere soleat, ut mites, clementesque producat Principes, quo nomine Augustissima Austriacorum Gens celebratur: Alia contra domus, feros crudelesque, & in pœnam velut civium natos protrudat dominos, quare, qui regii sanguinis non sunt participes, aut alterius Reipubli. Rectores agunt, infuper habita Voluntate Imperantibus, ad successione giusmodi Regni Legitimæ, adspirare non possunt, judice Grot. d. I. B. ac P. L. 2. cap. 7. 14. At, inquit ille, *Regna*, quæ populi libero consensu, facta sunt hereditaria, presumpcta Populi Voluntate deferuntur. Presumit autem populus id voluisse, quod maxime expedit. Inter hæc autem S. seq. 15. secundo loco refert, ut successio stet intra eos, qui descendunt a primo Rege, ea enim familia ob nobilitatem electa censemur. Unde est, quod eodem notante, L. 2. cap. 6. S. 9. Rex teneatur populo, ad

lo, ad exercendum PER SE Imperium: Et quia populus, Regem ultra
 constituens, ab ipso voluit gubernari, non a quovis alio: Vitrar. in In-
 sist. I. N. & C. L. 2. cap. 6. quæst. 14. hæc persona invitis eligentibus,
 per alienationem, immutari haud poterit; ubicunque enim Personæ Indu-
 stria Electa est, invito elegente alijs personam substitui non posse, mul-
 tis autoritatibus non tantum stabilit, sed & ad summos Imperantes applicat.
 Pruckmann. §. solita potestas. memb. 2. cap. 4. ff. 6. num. 28. & seq. de
 quo plura infra cap. 4. Ex eodem fundamento, quod Imperium ejusmo-
 di sit jus, quod singularem Personæ Industriam, Mores, & qualitates
 requirat, quæ decessit possunt in successore: in iisdem mere voluntariis,
 ex libera Voluntate populi ortis, potius credendum esso monet, Celebert.
 D. Böhmer Intro. ad Jus Publ. Universal. part. Spec. L. 1. c. 3. lit. z. voluisse
 populum, nisi pacis aliud provisum, ut in posterum quoque, eo modo im-
 perium in successores deferatur, quo in primum collatum est, adeoque ele-
 ctivum manere, idque plur. adstruit Huber de Jur. Civit. Lib. 1. Sect. 7. C. 4.
 num. 32. seq. usque ad fin. cap. add. quoque num. 19. seq. Studium
 concordia, stabiliendæque inter alios amicitia, in Officio Mediatorum
 Pacis præcipue eminet; Hujus rei autem momentum omne, præcipue in
 autoritate, gratia, prudentia, Fide, Industria, & contentione subdele-
 gatorum, positum est: Coccej. Disp. de Off. & Jur. Mediator. Pac. f.
 27. quanquam & hoc in casu, partes belligerantes, officium Parariorum
 Pacis, non sine testatione singularis, quam in illorum æquitate reponant,
 fiducia, exorare soleant: In hunc modum Legati Cesarei, Anglici & Belg.
 loquuntur in Memoriali, Anno 1697. d. 7. Febr. Regi Suecia Holmiz
 exhibito. ap. Fritsch. in Annot. ad Tabul. pac. Ryssic. p. m. 154. Eam
 quippe, Alie Memorati Domini Nostri Principales in Regie Maj. Vestri.
 amicitia, & amantissimo equi ac justi animo fiduciam, reponunt, ut res
 suas, & totius Europe gravissimas, ipsius fidei, & Officiis Mediatoris
 tutissime permislas esse, omnino non dubitant vid German. Sinceri Expo-
 sit. Pac. Westph. ad art. 17 pag. m. 764. seq. Bieri quoque potest, ut
 pars, alterius partis fidem, & æquitatem probet; vel in alterius partis,
 Amico vel Cive ejusque integratæ ita conquiscat, ut eum Mediato-
 rem admittat, qui hac fiducia contracta, recipitur, ut renunciet judicio
 principis sui atque ab eo animum abstrahat, & sic fere medius sit: Coccej. d.
 Disp. §. 12. & 15. sic cum in hoc negotio, Mediationis Pacis, ab altera par-
 te,

te Personæ, quæ admittitur, Industria, ab altera, in eos, quibus desertor, affectus, inspicatur, hæc autem omnia personalia sint, cum personis finiri, conitatur. Mortuo itaque Mediatore, successor, non ex Successione, sed proprio jure suscipit hoc officium, & partes, eum eo novo consensu recipiunt, quod in Traëstatu Rysvicensi accidit. Rege enim Suecia, inter ejus auspicio mortuo, Successor eidem negotio se obrulit, & a Partibus facile receptus est. Coccej. d. Disp. §. 61. & 62. Cum porro Societates ex Amicitia oriuntur, & ex consideratione singularis Industriæ, quæ ad hæredem non transit, Felandus ad Grot. d. J. B. ac P. Lib. 2. cap. 16. pag. m. 377. ex natura privatrum societatum concludit: Mortuo Rege cum quo fuit societas, eam semper esse renovandam, quo subsistat, nec successorem adstringi, ad permanendum in eadem, cui adstipulatur Card. Mantica de Tac. & Ambig. Convent. Lib. 17. lit. 7. num. 33. Albert. Gentil. d. Jur. Belli Lib. 3. cap. 22. ubi distinguit. An de Bello solum transactum, & pax facta? An vero etiam amicitia contracta & societas? Priori casu, fedus ad Successores extendit, posteriori autem casu negat, quoniam in Societate & amicitia consideretur Persona qualitas, quæ ad successores non transeat; add. Cabot. Disp. Iur. Civ. Lib. 2. cap. 13. Knichen. Oper. Polit. Lib. 2. part. 2. Secd. 10. ib. 8. lit. D. Verum æquiperationem societatum Publicarum, cum privatis, quæ hinc sententia subternitur, non usquequa procedere, sed discrimen inter hæc intercedere, insinuat haud obsecire JCTus in L. 59. ff. pro Soc. & hanc transitio nem federum in successores ad personas pangentum non diserte restric tum agnoscunt, Ziegler de Juril. Majest. lib. 1. cap. 38. §. fin. add. Wahremund, ab Ehrenberg. Meditam: pro Fæderib. cap. 1. num. 169. & 203. seq. quorum sententia recte se habet, si Imperante fædera pangentem, ut Caput populi contrahentem imo totam rem publ. representantem consideremus, doctrinamque Grotii L. 2. cap. 16. §. 16. ubi inter alia, huc pertinientia, num 3. tradit; In Federe, ad bellum quodvis, præsumirationem habitam Prudentia & Pietatis, ejus, qui cum agitur, ut qui, non modo non in iuste, sed nec temere bellum suscepturus videretur, adhibeamus, add. Budda, de Rat. Stat. circa Fædera §. 20. Decian. Lib. 1. Conf. 22. & 23. ubi societatem, in Causis publicis, ad successores transfere, respondit. Intra Pomeria quoque Reipubl. Princeps fidem, atque Industriam Ministrorum maxime eorum, qui ad clavum sedent probat. His itaque sape committitur summa Reipubl. L. 14. ff. ad Municip. cui tractandum, vñ,

dæ , viri solertes , rerumque periti requiruntur , cap. Nisi essent x de Pre-
 bend. qui fideliter ac summa cum diligentia circa negotia Principis verfen-
 tur , & non tantum committendo , nil delinquent , quod Principi , & Rei-
 publicæ nocivum , sed & caveant , ne omittendo illa , quæ ipsorum offi-
 cio incumbunt , commoda publica negligant , adeoque viri cauti , pru-
 dentis , & innocentis munia explant , ut loquitur B. D. Stryke de Oblig.
 gat. Princip. ex fatto Ministri cap. 4. num. 2. § 3. de hac Electione vid.
 quæ prudenter monent , Saavedra Symb. Polit. 49. Euchar. Erhard. de
 Oper. Rusticor. concl. 34. Joh. Ludov. Neuenhan. Discurs. d. Jnr. Con-
 siliariorum. quounque autem hæc Electio Principum iuribus nocere pos-
 sit ? distinete expedivit D. Wildvogel Diss. d. Neglig. Minist. Princip. non
 Oblig. §. 18. seqq. Legatorum quoque Personas , ex singulari , qua Princeps
 illas complectitur non tantum favore , sed & fiducia , rebus cum ex-
 teris bene agendis , adhiberi , nemo nisi rerum omnium ignarus nega-
 rit ; unde horum Industriam eligi , tradit Tusch. d. concl. 106. num. 18.
 idque , ipsorum tum Electio , tum formula agendi , tum etiam munieris ra-
 tio satis aperte indicat : Illud inde constat , quod non e promiscuo nume-
 ro , neque temere quisivis e vulgo , & ex imi subselli viris legationi obe-
 undæ , adhiberi soleat , sed nonnisi , ut Maro canit , delectos ordine , ab
 omni , tum arduo muneri praefici moris sit . Hic autem delectus non cer-
 co arbitrio , non urna , ac forte , verum diligentissima circumspetione
 ac judicio per quam accurato , instituendus : Kirchner d. Legat. L. 1. cap.
 4. num. 1. seq. de quo circa Legatos ad Visitacionem Camerae solicite ca-
 verunt ; Potentissimi Germani Nomotheta , in R. I. Spir. d. 1570. S.
 102. & 103. Dieweil je billich / daß diejenige / so andere visitirent
 allerding nicht weniger / als die Visitandi , qualificirt seyn solten .
 Gen / und wollen wir / daß die visitirende Stände / jedesmahl ihre au-
 schliche / redliche / geldherte / gelübte Rath und Syndicos zur Visitacion
 schicken / und sonst keine andere darzu gelassen werden sollen : add.
 R. 1. de Anno 1654. S. Damit dann 130. Kulpis d. Legation. Stat. Im-
 perii Cap. XI. S. 6. Formula Actionis , die Instruction , per quam spe-
 cialior agendi ratio atque modus privatim Legato datur , separatisque pra-
 scribitur Tabulis , in secreto secum retinendis , quæ differt a Credentiali-
 bus seu Tesseris Mandatorum , Kulpis. d. Tr. cap. XII. §. 7. haud obscure
 indicat , quantum de Industria Legati confidat Mittens : dum aliquando
 Clau-

Clausula: Cetera Prudentie, & fidei. Tnæ committuntur. Inmassen wir zu
 seiner dexteritate das Vertrauen gesetzt: Dn. de Lyncker Disp. de Com-
 miss. Imp. ad Negot. Stat. §. 6. munitur; Aliquando vero liberam agen-
 di potestatem nanciscitur, qui exinde dicitur Plenipotentiarius, quales
 in Pace Westphalica & Pyrenæa pangenda intervenisse notat. Dn. de Lyn-
 cker d. l. & a Statibus ad Comitia mitti debent, Kulpis. d. Tr. cap. 10.
 §. 1. add. D. Ludevvig de Jure Adlegandi Ordin. Imp. Cap. IV. §. 17.
 & cap. I. §. 41. Denique de his, quæ ad executionem, &c., (ut dicitur)
 nudum ministerium spectant, tenendum, eorum quædam; illa forma,
 expediri, quam pro industria legatus sibi facit, quodrum pleraque in
 Ceremoniis, & ritibus consistunt, ut, gratias agere, gratulari, depreca-
 ri, solari, ferre dona, petere auxilia; quædam non aliam exsequendi for-
 mara habere; quam que mandato præscripta, aut moribus recepta, ut,
 indicere Bellia, Pacem dare, rogare, feedera fancire, & simil. B. Dn. D.
 Fiemm. d. Disp. ib. 20. Commissarios a Delegatis, alias quidem ratione
 potestatis differre, lubenter agnoscamus cum B. Strykio Disp. de Deleg.
 Princip. cap. I. num. 17. seq. ubi ostendit, in quibus hac diversitas con-
 fitat. Quoad præsentem autem Tractationem in eo convenient, quod
 Committens, & Deiegans, illorum industriam, in negotio ipsis concre-
 dit, spectare soleat, adeoque hisce vocibus, promiscue uti, nobis integrum
 erit; Commissis Exemplum notable vid. in §. 2. ibi. Tribonianio Viro Magn. &c.
 nec non Theophilo, & Dorotheo Viris Illustribus (quorum omnium f. le-
 tiam, & Legum scientiam, & circa nostras iustiones fidem. jam ex mul-
 tis rerum argumentis accipimus,) convocatis, mandavimus specialiter, &c.
 Prem. Insit. Idque natura & indeoles commissionis, quæ res ardua est,
 Rurg. Ruland. de Commissar. part. I. Lib. I. cap. 26, num. 2. effigiat, &
 laudatus modo Ruland. d. tr. part. I. lib. 3. cap. 5. num. 4. & 5. potro
 inde probat, quod in dubio personæ industria electa censeatur, quodque
 (2.) partes in Camera, tam accurate & & felicite desper disputent, ac
 judex, illas tantum Personas, quas industria prædicta esse, videt, eli-
 get, Gylmann part. 2. Dec. 18. num. 6. Hæc autem Industria a Com-
 missario in omni actu, tam præcedenti, quam intermedio, ut & finali, adhi-
 beri debet; Barbat. cons. 75. num. 10. Ruland. d. cap. 26. num. 7. qui,
 qualitates idonei Commissarii, partitim exsequitur, a d. cap. I. seq. usque
 ad cap. 29. At quoniam Commissarii non unius generis sunt, distinctius

de hisce discipiendo : Mittuntur enim vel ab Imperatore & imperio, vel ab Imperatore solo, vel a Principibus, Ordinibusque Imperii, vel a Jūdice Inferiore : Illi, quibus a Toto Imperio causa Status expedienda demandantur, nunquam sere facultate subdelegandi possent, nisi Legi vel expressa voluntate ipsis tributa fuerit, quod in Commissione ad Restituendum ex instrumento Pacis Westph. factum, idoneis documentis ostendit L. B. de Lyncker d. Disp. l. e in fin. & in Adjunct. lit. A. & B. An vero Commissariorum Augstiss. Imperii Tribunalium, Camere, & Iudicij Anticj, Industria electa videatur, & proinde potestate subdelegandi gaudeant? Dicitur. B. D. Textor de Iudicij §. 1. num. 15. & in Disp. de Iudicib. Delegat. vel Commiss. th. 18. & 19. ex eo, quia etiam Praef. Et. Pratorio quoniam judicarint vice Sacra Cæsarea, & tamen nullibi legamus, illos petuisse delegare, aut eorum delegatos judices, potuisse subdelegare. Atamen ipse fatur, praxin ac trituran horum judiciorum, affirmativam, ad liquidum deducere : Ita subdelegationem in Causa Tübinger / contra Gabebatem in Guldenbach pto. Examini Testium admisam refert. Gail. d. Obs. 97. num. 7. In Universum autem, five Imperator, five hæc suprema Judicia, quorum Delegati etiam pro Delegatis Principis habentur, Commissarios constituant, ex conditione Commissariorum affirmatur, num Persona industria El? Vel enim delegantur Status Imperii, qui iterum vel instructi sunt Ministris, quales in Causis Illustrium Personarum, imperiumque concernentibus, plerumque adhibentur, vel non fune instruuntur, vel denique privatis hoc munus committitur ; Primo casu Industria Ordinum Imperii erit quidem electa, poterunt tamen subdelegare Ministros aut Consiliarios suos, Joh. Bernh. Mulz Represent. Majest. Ceser, part. 2. cap. 20. num. 74. five sint Commissarii von Hof aus / & five cum, five sine Voto, five Commissarii Aufstregarum Joh. Volch. Bechmann Disp. de Commiss. Imperial. ad Caus. Justit. §. 27. Unde plerumque Commissionum Instrumentis adjicitur, Clauſ. vor dir und deiner Liebden Rā hel. Bechmann, d. l. ubi idem esse moneret, si Commission tradatur Universitatibus & Collegiis. vid. inf. cap. ult. §. 3. num. 3. secundo sorte rariori casu, Delegati in individuo Industria spectata, adeoque substitutio certat, Joh. Michael Seufferheld Disp. Altiorum habita, de Commiss. Aut. vulgo Räuberlichen Hof. Commissionen, oder von Hof aus / §. 28. Idem dicendum de privatis, non tantum enim, in quibusdam causis, ut nonnulli

nonnulli existimant, vid. Dn. Stryk. d. Disp. cap. 3. num. 9. seq. sed semper ad Personæ Industriam a Commitente resipicitur, cum ideo privatæ Commissarii constituantur, ut per hos facilius exitus rerum haberi queat: D. Böhmer in Juri pr. Eccles. Lib. 1. tit. 29. §. 14. & 15. add. Brunn. ad L. 5. ff. de Juri. Nec enim, cum fides & peritia illorum, & singularis Industria Electa sit, ut aliena agant, intentioni committentis con-
 gruit: Bechmann. d. l. Delegatorum, aut Commissariorum Principis, In-
 dustria, non quidem semper, in casibus tamen supr. Cap. 2. signatis e-
 ligitur, tumque alios surrogare vetantur Grav. L. 1. concl. 99. Sperell. d.
 D. c. 106. num. 47. Stryk. d. Deleg. Princip. cap. 3. num. 4. & seqq. I-
 dem est in Delegato Pontificis, Böhmer d. tr. lib. 1. tit. 29. §. 13 Sub-
 delegatus autem a Delegato Principis, amplius subdelegare nequit. Textor
 de Judic. §. 1. num. 16. & in Disp. de Iudicibus Delegat. th. 19. vid. No-
 nalis d. Tr. Cas. 1. num. 142. seq. B. Dn. Stryk. d. Disp. Cap. 3. n. 61. seqq.
 Formulam Exceptionis contra hanc subdelagationem vid. apud Ruland. de
 Formul. Commiss. part. 1. fol. 66. seq. Idem in subdelegato Episcopi, Fari-
 nac. Dec. 234. num. 1. seq. Commissarii, a Magistratu proprie & for-
 maliter dicto, constitutis, regulariter non quidem tota lis expedienda
 committi potest; quia hujusmodi inferioris Judicis Persona, specialiter ad
 hoc munus, propter Industriam & singularē habilitatem electa est, ne-
 que munus jure proprio, sed beneficio Principis gerit, Böhmer Juri. Pa-
 blic. Univ. P. Spec. Lib. 2. cap. 7. §. 23. Certos tamen actus, aut articulos
 processus, alii, maxime officialibus, delegare, non Judge prohibetur, sed
 tum ipsorum Industria eligitur, adeoque hosce subdelegare non posse, in-
 dubium est. Bechm. d. l. in not. add. Covarr. Varr. Réfoll. L. 3. Cap. 20.
 num. 10. vers. saperest. &c. Qui a Corpore Evangelico, in
 Comitiis Imperii, deputantur, extra ordinem Legati, non paſſim, sine
 ullo discrimine deligi solent, sed habita, non semper Mittentium, mul-
 to minus illorum, qui alias in Deputatorum Imperii Ordinariorum clas-
 se collocati; nec illorum quos ordo tangerer, sed Personæ Legati, in rebus
 agentis solertia, & in his maximi momenti negotiis, statum Religio-
 nis, haud infreuent per indirectum concernentibus, experientia ratione,
 ex singulari fiducia, huic muneri præficiuntur, uti apparel, ex Pro-
 tecollo Colleg. Princip., d. Anno 1664. quod exhibet Auth. Ele-
 gor

Vor. Jur. Publ. Tom. 2. part. 2. fol. 128. ubi ita Im Novem-
 ber haben die Evangelischen unter sich einen Vergleich getroffen/
 wie es künftig bei Extraordinair Deputationem, in ihrem Cor-
 pore zu halten / unter andern wurden beliebet / daß in solchen Depu-
 tationen, wobei industria Personarum, oder andere Umstände in Con-
 sideration zu ziehen / in der Evangelischen Stände freymüthigen dispo-
 sition stehen sollte / wenn sie hierzu / zu depuriren ? vor nothig / und dien-
 sam erachtet würden / &c. add. Auth. Meditat. ad Instr. Pac. Spec. s.
 ad art. 5. S. 52. lit. E. § Mantis 1. Quantis implicita sit difficultati-
 bus, Matricula Moderatio longa querelarum, Imperii Statuum tela, &
 Remediorum Tentamina, quibus omnes Imperii Recessus sunt referri,
 ad oculum demonstrant. vid. vernehre gründliche Ausführung doh de-
 nien Ständen des Reichs / &c. apud Fritsch. Suppl. Annotat. ad Pa-
 bul. Rysvic. Mantis 3. fol. 170. seq. Inter hæc autem in R. I. d. Anno
 1530. §. und wie wohl / &c. constitutum, e quovis Circulo Delegatum
 Spiram mitendum, quicum reliquis Imperatoris & Statuum eo destinatis,
 Visitatoribus, & Commissariis, querelas eorum, qui conditionem suam
 iniquiorem arbitrabantur, audirent, & novum Indictionis in Imperio
 modum prescriberent. Horum autem industriam fuisse electam, insinuat
 at Rec. Imp. de Anno 1566. §. und wiwohl / &c. 141. Idque graviter,
 tum suis, tum dicti Recessi verbis exprimit Author der Remonstration, doh
 noch zur Zeit keine erhebliche Ursach vorhanden / warum den Cray-
 sen / &c. apud Fritsch. in adit. ad Lynne. Lib. 1. cap. 7. num. 77. u. 111.
 §. 5. fol. 23. italoquitur. Es ist bekannt / was für eine schmeare wider-
 tige Sach / das Moderations-Werk seye / wie vielen querelen solches
 unterworfen / was für requisita bey denen hierzu gebrauchenden Per-
 sonen erforderet werden / solcher Urfach halten / ist dem Werk / son-
 ders fürträglich zu seyn erachtet / wann denen Craysen die Wahl und
 Benennung / solcher Personen / anheim gegeben / und also selbe / auf
 sonderen der Stände eines jeden Crayß vertrauen / geordnet zuwider
 / wie aus dem R. A. d. Anno 1566. §. und wiwohl / &c. abzuneh-
 men / &c. add. B. Maurit. de Matricula Imperii ib. 42. seq. Gemina de
 Jure Monetandi traduntur in R. I. d. Anno 1570. §. 132. Alsdann auf
 die Münz-Gerechtigkeit unser Käyserlich Regal, so die Münz-Stände
 aus Unserm sond'ren Vertrauen &c. brauchen sollen / &c. Nimurum,
 inter

Inter effuvia Superioritatis Territorialis, locum non iavénit, sed ex speciali Imperatoris Concessione & Privilegio ortum habet: Joh. Georg. Krull. d. Regal. Monetar. jure cap. 2. num. 71. seq. quod tamen non nisi sub conditione concedi solet, ut nec materia, nec pondere, sed solo charakte-re a Moneta Imperatoris differat. Ziegler de Jur. Majest. Lib. 1. cap. 49. §. 10. unde Privilegio inferi solet Clausula, doch sollen alle Guldens und silberne Münzen / die sie schlagen / und Münzen werden / vom Stich / Nadel / Korn / Schrot / Gehalt / Werth / und Gewicht / Unser / und des Heiligen Reichs Münz-Ordnung gemäß / und nicht geringer seyn / Et. qualia exempla produciat Krull. d. l. n. 87. seq. neque hoc jus alius locari potest. Carpz. Lib. 5. Ref. 18. Cum Judices Anfregales, non quatenus Territorii præsumt, sed a litigantibus, ex singulari fiducia, tanquam studio partium liberi, elegantur, vid. Ord. Camer. part. 2. tit. 3. Einen ohmpathischen Commissarium seines Standes / Et. & vi Commissionis Cæfareæ lites illustrum dirimant; eorumdem industria-m electam fuisse, concludit, D. Coccej. Jur. Publ. Prud. cap. 32. §. 37. in fin. vid. infra. cap. ult. §. 6. Et generaliter in omnibus Officis, quæ administrationem vel dignitatem annexam habent, Personæ Industriam electam præsumunt, Ddres P. Belluga Specul. Princip. Rub. 10. num. 16. ubi Borell. lit. G. Myler Hyparcholog. cap. 21. §. 2. num. 1. late & ele-ganter Giurba Consil. Crim. 36. num. 2. seq. Sabelli Stimua §. Offic. num. 13. idque de Officio Commandatariorum, nuncupatim tradit, Fachinaus d. l. 1. cons. 70. num. 33. in fin. de Officio Ammanni in Civitate Mech-lensi vid. Christinæ ad Leges Municipal. Mechlensis Tit. 1. art. 41. de Archivari munere idem patet, ex raditu Eritschii de jure Archivi cap. 5. ob Archioꝝ qualitates recenser. Sic Rudolpho Comiti Palatino Rheni An-no 1450. Ephoriā & Protec̄tōrem Imperiā nonnullis Imperii Staribus, ob ipsias fortitudinem, delatam fuisse refert; Georg. Alt. Chron. Norin-berg. apud. Besold. voce Pfalzgrafen: p. m. 736. sed hoc officium fuisse Personale, nec ea conditione, qua Rudolphus id adeptus, ad posteros trans-latam, adeoque Personæ Industriam electam, addit. Besold. d. l. Imo in turbis factum, plus fortean facti, quam juris continebat, de Duce Circuli. vid. Celeberr. D. D. Schweder. Patronum ac Praeceptor, nostr. Vener. Intr. ad I. P. part. Gener. c. 5. §. 14. In Protec̄tore Armato deligendo, ejusdem

qualitates, veluti potentiam, fortitudinem, Rei Militaris periculam, Prudentiam, auctoritatem aliquando considerari. Tumque Persona Industriam eligi tradit Mager de *Advocat. Armat.* cap. 10, num. 573. Ex quo itaque sunt ejusmodi Protectores; vices suas, in defendendo, invitis presentem Clientibus, & ubi nullum subest impedimentum, alteri committere non posse. Cum in tabulis Conventionis fiduciariz promissa defensio, semper restringatur ad Vires Protectorum, eorumque auxilia propria in obligationem deducantur, consequenter aliorum opera excludantur, quæ si admittere necessum foret, in rei veritate clientes, s̄pemaximis periculis implicantur, Mager a Schönberg. d. Tr. cap. 9, num. 2076, seqq. Sed nec Sub-Advocatum constitutere ipsi est integrum, quia Protectorum vicinitas, juvandi promptitudo, & commoditas aliaque, ob quæ, electi, in Sub-Advocatis non est eadem: late Mager d. Tr. cap. 10, num. 569, & seqq. unde etiam Imper. Fridericus Anno 1155, judicialis sententia Sub-Advocatos Ecclesiasticos constitui, sub pena amissionis juris Advocatiz prohibuit, teste cum al. B. Hertio de Specialib. R. G. Imp. Imperii Rebus publ. §. 17, num. 17, multo minus E. jus hoc ab Advocate in Potentiorē plane transferri potest Klock. Conf. 37, num. 144, seqq. Manus quoque Professorum in Academiis personalissimum esse, & singularē Persona Industriam quam maxime requirere, trad. Carpov. *Jurispr. Consistor. lib. 2. Def. 406, num. 1.* uti enim dignissimum, ita quoque multa magna exposit: Ern. Cothmann. *Reph. Academ.* 28, quæ paucis expressit Imp. Julianus in L. 7. C. de Professor. & Medic. uti ita, Magistros Studentum, Doctoresque, excellere oportet, moribus primum, deinde facundia, sed quia singulis Civitatis adesse ipse non possum, iubeo, quisquis docere vult, non repente, ac temere proficiat ad hoc minus. sed iudicio Ordinis probatus, Decretum Curialium mereatur, optimorum, confidante consensi, idque plur. exsequitur B. Lansius de Academiis lit. F. add. Ronchegall. ad d. L. 5, num. 18. Ern. Cothmann. *Reph. Acad.* 42, num. 53, seqq. Idem ad alios DDres quodammodo extendit Walther d. Privileg. DDum, cap. 18. §. 131.

§. III.

Vassallorum quoque Industriam, praestandis servitiis elevarat esse, servide propugnat Ant. Borrinus de *Cavalcata* & Servitiis Vassallor. part. 1, cap. 1. & 2. part. 2, cap. 2. §. 5. & 6. & passim. Causam enim feudi

in universum constituendi, fuisse strenuitatem bellicam, & aptitudinem Vasallii singularem, ad exhibenda Domino Directo servitia, tum Militaria, quæ occasione belli præstantur, tum non Militaria, & iterum vel Judicaria, quæ concernant assistentiam in Judicio faciendam, vel Honoria, quæ ad Honorem & splendorem Domini spectant; 2. F. 54. Schilter in Comment. ad Jus fœdal. Alem. cap. 6. §. 5. Georg. Engelbrecht. Dipp. de Servitiis Vasallorum Militarib. ven. Ritterdiensten / Ritterpferden / cap. 1. §. 2. Titii Deutsh Lehensrecht 14. Hauptstück: §. 22. eaque indeterminata, debentur enim secundum qualitatem temporis, & exigentiam casuum. Sunque porro ardua & gravia, vi nimirum iumenti debita, vid. supr. cap. 1. §. 3. & §. 5. ex quibus proinde Vasallii Industriam electam, colligit, Cravetta cons. 303. num. 2. & 3. eo quidem effectu, ut juxta sententiam Boeri d. Jur. Senioris & Vasall. lib. 1. cap. 4. num. 10. seq. si in Investitura nominatum cautum fuerit, ut Vasallus in propria persona servitium præstet, ipsem et comparere, & servitia exhibere obstricte sit, quia hoc in casu Dominus Industriam Personæ Vasallli regulariter elegisse censeatur, arg. L. m. §. 9. C. de Caduc. Tollend. L. I. §. si convenient, ff. Depos. L. 7. §. quin immo & seq ff. de pab. cui tanto facilius accedere possumus, quanto anterior Consuetudinibus Feudalibus, illorum est opinio, Vasallum, qui statuant, regulariter ad servitia, in propria Persona ebeunda adstringi arg. 2. F. 26. veri si quis decesserit. Stryk. Exam. Jur. Feud. cap. 18. quest. 15. Speidel voce Lehendienst / fol. 784. Rosenthal. d. Fœdal. cap. 8. Concl. 23. num. 3. Piso Soacc in Prelud. Fœdal. cap. 32. num. 9. ubi hoc ipsum ex electione Industria Vasallii deducit, hoc que multis probat Kohl. d. Servitiis Fœdal. Part. I. num. 148. Conf. Capyc. Dec. 10. num. 11. Ludvvel. d. Tr. fol. 118. idque in feudo vero, & proprio concedit, Klock. Cons 18. num. 7x. Est enim Juramentum Vasalliticum, in propriam Vasallii Personam conceptum: 2. F. 5. & 7. hoc itaque per substitutum, invito Domino, adimpleri nequit. Excell. D. D. Mayer Comment. fœdal. cap. 23. §. 1. num. 4. Et alias foeminae, Clerici, & imperfeci, qui per substitutum utique servire possunt, indistincte ad successionem feudi admittendi essent, contra text. express. 2. F. 30. & 36. vid. Ludvvel. de Succ. Fœdal. cap. 2. fol. 187. & fol. 217. seq. Cephal. Lib. 2. Cons. 151. num. 41. seq. Neque infringit hanc Electionem Industria, quod feudam sui natura, ad heredes, primi acquirentis, in infinitum tran-

transeat; Nam Dominus, concedendo feudum, non tantum primi Vasalli
 sed & Descendentium ipsius Masculorum fidem, & Industriam elegisse,
 præsumitur, arg. 1. E. 1. §. 3. vid. infr. cap. seq. §. 6. in fin. quia E. Dominus de
 Vasallo, & ejus domo confidit, Industriam vel maxime, ut in aliis, quæ
 ratione confidentiæ committuntur, elegisse dici potest. Cravetta d. l. num.
 2. Ludv. vell. Tract. Fend. d. Div. Fend. cap. 4. fol. 118. & seq. vid. supr. pag.
 16. At vero si Voluntate Domini hac necessitas, Servitii Personalis, Vasal-
 lo vel expresse fuerit remissa, quale exemplum exhibet Leibniz. Cod.
 Jur. Gent. Diplom. Prodrom. num. 6. pag. 5. vel tacite id factum præ-
 sumi possit, si nimirum justis impedimentis destitutus sit Vasallus, vel sci-
 ens, Personæ inhabili feudum concedat Senior, tum gratiam fecisse cre-
 ditur, cestiatque Industria, & admittitur substitutus D. D. Major. d. l.
 Nisi Vasallus Vir, magno consilio prædictus, aut rei militaris præ ceteris
 peritus, & summatis, ejus sit qualitas, cui substitutus, qui aque idon-
 eius esse debet, Borrinus d. tr. part. 1. cap. 20. Stamin. de Servitio
 Person. L. 2. cap. 2. num. 7. circa fin. comparari nulli modo possit; cum
 aliis quos refert, & sequitur Rosenthal. d. Tr. cap. 8. coul. 23. num. 6.
 quam sententiam, in primo feudum acquirente Vasallo, admittit Boer.
 d. Tr. l. c. num. 16. seqq. vel si in Investitura nominatum conventum, ut
 Vasallus, sine ulla exceptione, in propria Persona servire debeat. Peßt
 dissitendum non sit, communem Interpretum Scholam hodie omni Va-
 sallo electionem tribuere, utrum in Persona velit servire, an vero per sub-
 stitutum? Schrader de Fend. part. 6. cap. 6. num. 45. & plures conglor-
 erati a Rosenthal. d. l. num. 2. Tituli Tusch. Lehnenrecht i d. l. §. 25. in
 fin. ubi distinguit inter feuda Data, & Oblata, & addit, über dieses schlie-
 net i nach heutiger Gewohnheit / die persönliche Gegenwart / des Ge-
 henmanns / nicht so nothig zu seyn: d. Tr. cap. 11. num. 634. quæ ra-
 men Obligatio alternativa nullum præsidium, in L. 16. Cod. Episcop. &
 Cler. ad quem nonnulli Ddres provocant, judice Struv. in Juri Sacro
 Justin. ad d. l. & Brunn. in Comment. ad eand. in fin. invenit. De Feu-
 dis Imperii, vid. Iter. d. fend. Imp. cap. 20. §. 8. seq. Stryk. de Jure pre-
 sentie circa Negot. Imp. cap. 6. §. 40. seq. B. Myler ab Ehrenb. Stratolo-
 gia Ordinum Imperii cap. 2. §. 6. & ibi Praef. in not. lit. P. Multo ma-
 gis autem hac Electio Industria se exserit, in Feudis, munus, & dignita-
 tem

tem annexam , habentibus , quæ Palatina , seu Aulica dicuntur , & ad certa servitia Aulica , præstanta dantur , die Hof-Leben / non mit einer deswegen bestehen / daß Er eine gewisse Bedeutung bei Hof verrichten soll / ut si quis vestitus sit , de Munere Pincernæ , Dapiferi , &c. Hæc enim , cum Dominus propter industriam & spectatam fidem , Certæ Personæ concedat , ne olim quidem , quo medietatem fendi , sine consensu Domini alienare , indultum erat , 1. f. 13. sine illius voluntate a Vasallo alienari poterant . arg. cap. ult. x. de Off. & Potell. Jud. Deleg. Hernia ad 1. f. 5. §. 4. num. 36. Rhetius ad Jus Fend. d. 1. f. 5. in fin. fol. 260. nec hodie in alterum conferri possunt , neque ultra vitam durant , sic feudum Cancellariatus , quod Princeps Secularis , vel Ecclesiasticus , Cancellario suo , pro industria , labore , opera , & consilio concedit , hujus indolis omnino est , post B. D. Stryk. D. D. Majer. Comment. Fend. cap. 3. §. 18. prout adhuc hodie officia Connestabilis , & Cancellarii , in Gallia in feudum personale dari , testis est Alteserra de Orig. fendor. cap. 3. in fin. Feudum quoque quod Advocato , ratione singularis peritæ , in disceptandis causis traditur , & Advocatis audit , ob eandem hanc rationem ne quidem in Successores Officii transire , tradit Menoch. Lib. 1. Arb. jud. quest. cap. 68. num. 9. add. Winzinger ad Stryk. pag. 305. Rosenthal. d. T. cap. 7. conclus. 30. num. 18. Nisi ob labores præteritos , vel iure proprietatis concessionum , tum enim & in suis hæredes transmitit ejusmodi prædium Alciat. ad L. 137. §. si ab eo Stipulatus. num. 10. de Verb. Oblig. ubi inquirit , quando hoc factum præsumatur . Equitibus Divi Iohannis sive Melitenijs . adiutum ad successionem in feudiis haud pauci ex Dribus præcludunt , non tam quod veri Clerici sint , tribus ipsis solen- nibus . Paupertatis , castitatis , & obedientiæ , votis , constricti : late Catol. Maranta , part. 5. Refl. 89. Gratian. Discept. for. Cap. 880. Duennas Reg. 103. Alex. Raudens. Decis. Fendal. 4. num. 18. seq. pro qua sententia infinitas authoritates , pluresque rationes condensat. Alex. Sperelli. Dec. 21. num. 9. & per. tot. add. Ejusdem Dec. 2. ubi de aliis Hispaniæ Equitibus disquisit : & quæ collegit Sabelli. Summa Decis. §. Equites . num. 5. sed & quia Dominus , de Servitiis Feudalibus in propria Persona ab ipsis præstandis , vix unquam fatis certus esse possit , dum hi Equites , ad nutum , Magni , Melitenium Ordinis , Magistri , ad defendendam contra hostes insulam , postposito omni alio munere , confluere teneantur , id , quod

proximo abhinc tempore , ob terrorem Belli Turcici , ab ipsis factum est ;
 adeoque , cum industriam a Domino electam , frustrentur , illos successionis
 incapaces pronuntiant , præter allegatos Menoch . Conf . 54. Riminald . Jun.
 Conf . 527. Cravetta d. Conf . 303. Michalor . d. Fratrib . part . 3. Cap . 48,
 num . 34. mult . seqq . Fachinæ . lib . 7. Contr . 36. Bocer . d. Jure Suced .
 in Feud . cap . 3. quest . 16. Vultej . d. Feud . L . 1. cap . 9 . n . 67. Theffaur
 quæst . For . lib . 1. quest . 18. Verum , nos nec qualitate Personæ , nec
 obligatione ad servitiam Feudalia , a jure Successionis , hosce Equites impe-
 diri existimamus . Istud , quod attinet , adeo non abhorrent a condicio-
 ne Militum , ut totum ipsorum officium , in exercitatione bellica , con-
 fistar , ipsique sint veri milites , armati , qui beneficia non jure Tirulipen &
 confident , sed tantum titulo Commendæ , quæ vocantur Commenthureyen &
 insuper teneantur , armis defendere Ecclesiæ , quod officium seculari
 non Ecclesiasticum , & proinde ad nullum titulum Ecclesiasticum refer-
 ri potest , arg . cap . 10. x . d. Elec . potest . D. Coccej . Disp . de Titulari
 & Commendar . Convenientia § . 10. neque proprio , sed largo modo Cleri-
 corum numero veniunt post al . Klock . conf . 1. num . 5. seqq . unde ipse
 Michalor . d. l . num . 50. quanam (inquit ,) similitudo esse potest , in-
 ter illos gloriosissimos Milites , qui gladiis , galeis , atque thoracibns ar-
 mati , inter hostes constituti sunt , & inter hominem exalceatum , tu-
 nica involutum , ac in clauso , ac cella inclusum , qui stetibus , orna-
 tionibus , disciplinis ac ciliis , viam ad celum querit ? Nec alterum
 ipsis obest dubium , non enim prohibetur Vasallus , alio militatum abri-
 re , aut a pluribus Dominis feudum accipere , & ob justum , quale &
 hæc obligatio , qua tenentur Summo Ordinis Magistro , impedimentum
 per substitutum servitia præstare ; Cui accedit , quod , monente Roser-
 thalio loc . mox . citand . Equites , præfertim Commendatores facti , plerum-
 que diu domi latere soleant , quare Successionem ipsis rectius afferunt
 Nevizan . Conf . 30. Natta Conf . 507. & 508. Vivius Dec . 446. ubi ita
 judicatum refert , plur . ap . Carol . de Grassis de Effect . Cleric . Effect .
 num . 69. seq . & hanc communem Ddruum opinionem , esse fatetur dif-
 sentiens Menoch . d. conf . 54. num . 1. Rosenthal . d. Tr . cap . 7. condit .
 30. num . 11. seqq . Rittershus . d. Feud . Lib . 1. cap . 15. quest . 24. Titulus
 d. Tr . 11. Haubst . § . 26. ubi dicit , die Johanniter / und Teutonico
 Ritter seynd allerdings der Lehn fähig / weil es doch ihrer ersten Ein-

sabung nach / Goldoten seynd / &c. Confer. Gosw. ab Esbach. ad Carp.
 p. 3. Conf. 28. def. 2. n. 4. Et filios familias quoque Fendum
 dari potest; Schrader. d. Tr. part. num. Cap. 1. n. 7. atque si occasione mi-
 litaria, & ab servitio militaria, vel praestito vel praefando concedatur, vel pro-
 prius officium togatum, tanquam Peculium Castrense, vel quasi Castrense,
 ipsi filios familias, non vero Patri acquiritur; Hom. Jurispr. Fend. cap. 5. §. 32.
 cuius rei haut postrema, ex pluribus queis sufficiuntur, ratio, in eo consistit,
 quod feuda, non alii debeant acquiriri, quam ei, quem Dominus idoneum ju-
 dicavit, & cuius Industriam in servitio praefandis eligit, Ludwel. de Success.
 Fend. cap. ult. fol. 383. Dn. D. Majer. d. Tr. cap. 7. §. 7. num. 3. & cap. 8.
 §. 4. ubi plm. autorit. adducit. Prodominus Fendi Directus,
 qui nimirum sibi, & pluribus competens dominium, unius ejusdemque Feu-
 di Directum, communis nomine exercet, certa gaudet qualitate, qua non in
 quovis alio deprehenditur, hujus E. Industria electa centetur. unde vices
 suas regulariter alteri demandare non poterit D. Joh. Sam. Stryk. de Prodom.
 Fendi cap. 1. §. 24. Nisi constituentes facultatem eidem, substituendi,
 exprefse indulserint. Aut (2.) Prodominus, si Princeps aut Imperii Status,
 aut simil. Persona; quanquam & hoc in casu, consilium antea, cum reliquis
 Condominis communicandum & substitutus etiam omnibus Dominis con-
 junctum fidelis esse debeat D. Stryk. Diff. §. 24. & 25.

§. IV.

Functiones Ecclesiasticae, non minus quam Negotia Civilia haec tenus
 enumerata, personarum singularem requirunt industriam; Eminet autem
 inter Dignitates Sacras, Episcopatus, cui, ut per electionem, idonea præficia-
 tur persona, qualitates, tum corporis tum animi, ab elegantibus olim excus-
 tur, atque examinatas, provida Conciliorum, circa hanc electionem
 fas fuisse, atque examinatas, provida Conciliorum, circa hanc electionem
 dispositio satis abunde testatur. Quod itaque Virtutes in Episcopum eligen-
 di, attingit, illas in fasciculum colligit, Can. 2. Diff. 23. & prolixe illustrat Zieg.,
 de Episcop. cap. 4. §. 30. & multis seqq., & cap. 21. §. 2. totaq. Lib. 4. Et Concil.
 Trident. Sess. 22. de Reform. cap. 2. requirit, ut Candidatus ejusmodi sci-
 entia polleat, quo munera sibi injuncta, necessitatibus possit, satisfacere, &c. Lynck.
 de Jm. Episcop. cap. 5. num. 16. Iegg. Inter jura Episcopalia, maxime conspi-
 cuum est Ius Vicitandi, cuius multa & magnautitas, & per quod Ecclesia ipsa,
 in optimo store sustinetur: Jure Canonico itaque salubriter institutum, ut
 Episcopi cujuscunq; sint gradus, adeoque & Archi-Episcopi, & Patriarchæ
 cap.

cap. 14. x. de Censib. & cap. eod. in 6. aliisque , qui post Pontificem , ordinariam in Ecclesiis jurisdictionem habent, sive & Abbates, & Praelati cap. pen. & ult. x. de stat. Monachor. certis temporibus per Dioceces suas, Visitations instituant, & per eas probe dispiciant, utrum Pastores & reliquæ personæ divino cultui destinatae, officio suo fideliter fungantur ; in puritate doctrinæ persent? receptum & prescriptum ordinem, observent? & coadvertissementum Ecclesiarum, & juventutis scholasticæ, qua verbis, qua opere promoveant ? atque negligenter tempesitate & fraterne moneant, aut duriorre aliquo pecuniarum genere coercant. Ziegler, d. Tr. cap. 26. §. 1. Regulare autem, Episcopus ipse , hoc , ad regimen Ecclesiasticum, quod ipsi principaliter competit, pertinens munus, sustinere, & expedire debet, cap. 9. 10. & 11. caps. 10. quæst. præfertum cum ut diximus, in Elecitio Episcopi, p. suis Industria maxime in considerationem venisse censeatur, quæ in actu Visitandi, si vero Episcopi ipsi, actum Visitacionis expedire nequeant, non prohibentur hanc potestatem per Vicarios , aut Visitatores , qui Presbyteri sunt vel Diaconi , vel per generales Vicarios peragere, vel etiam per Archi-Diaconus ; vid. cap. 1. x. de offic. Archi-Diac. Lynch. d. l. n. 79. maxime, si talibus sint laboribus districti, qui præstantia sua, superant negotium Visitandi, cum hoc ipsum in se tam nobile, tamque necessarium sit, ut nec omitti aut alteri committi commode queat, nec per occupationes alias ignobiliores impenetrari debat. Zieg. d. l. §. 5. & 6. ubi haud in iuria Canonitis impropperat Episcopus dari quorum intuitu, inter causas Visitacionis, alii committendæ, imperitiam referri necesse fuerit. Sed & in Terris Protestantiorum, Visitatio Ecclesiarum, pro maximis momenti negotio reputatur, cui cum fructu peragendæ , magno personarum delectu opus est, ne inidonei, & impediti, ad gravissimum hoc munus deligantur , vid. Epistol. B. Lutheri ad Electorem Saxoniam Johannem Fridericum, personas Visitatorum conceruentem, quæ exhibetur in Tom. IV. Oper. Jen. fol. 352. add. Constitutiones & Decreta Synodi Diocecsani Constantiensis part. 4. art. 8. ubi disponitur, ad ejusmodi visitandi munus, viros graves discretos, probos, scientiarum agendarum peritos, ac boni nominis, & exempli, beneficiatos, & in dignitate Ecclesiastica constitutos, delegari debere : Plura in hanc in rem congettura. Ahav. Fritsch. de Jure Visitandi Ecclesiastico ejusq. exercendimodo cap. 5. & 6. p. sim. Præterea haud exigua, circa Alienationem Rerum Ecclesiæ Immobilium est, authoritas Episcopi, hæc enim absque solennitate Canonica alienar inqueuntur.

qua in alienatione rei immobilis, spectantibus ad Ecclesiam Parochialem, ubi non est Capitulum, exigit ut Curatores vel Parochus alienans, deferat contractum alienationis ad Diocesanum, vel Episcopum loci, ubi res alienanda est sita, qui Commissaries dat, ad inquirendum per testes, an alienatio, Ecclesia expediat, necne? & si ex informatione de necessitate, vel utilitate constituerit. Episcopus alienationem decernit, Imbertus Euchirid. verb. Alienatio. Bodinus de Alienat. Bonor. Ecclesiast. §. 27. Ejusmodi autem Commissarii plerunque dantur cum Claufula. Si Tibi confiterit, alienationem, in evidentem Ecclesie militatem, cedere, Aloys. Ricc. Prax. For. Ecclesiast. tit. d. Alien. Rer. Ecclesiast. Dec. 108. & 109. in Collect. Deco. part. 4. Dec. 1317. ex horum autem prælectione, causaque gravitate, Industriam eorumdem electam fuisse, adeoque subdelegandi facultatem cessare, decidit Ricc. Prax. For. Ecclesiast. d. t. Dec. 110. Si vero Ecclesia sit Cathedralis, præter Episcopi, insuper & Capituli quoque, collegialiter congregati, serius, & deliberatus consenserunt, & subscriptio est necessaria, quod latius ex ea quituit Bodinus d.l. Elegent autem & hic Canones industria Canonorum, confidentes ipsos rebus Ecclesia bene consulsturos, dum disponunt, ut congregentur, rationes conferant, & clarius intelligant, quid facere expediat? verba sunt Sanchezii de Matrim. L. 2. Disp. 11. n. 21. add. n. 10. adeo, ut Episcopus cum Capitulo per personam intermedium super necessitate aut utilitate Alienationis, tractare non posse doceat Archi-Diacon. ad C. 17. quest. 4. Dissent. Au'h. Dec. Rot. Rom. tit. d. Rel. Eccles. non. alienand. Dec. 5. in Antiq. neque Confirmatio Principis Protestantis in cuius territorio ejusmodi Romano-Catholicorum bona alienanda sita sunt, hunc defensum consultationis supplet ut eleg. ostend. L. B. de Lyncker. Vol. Novo Ref. 30. per tot. maxime n. 13. & sq. An & quoique sollicitates Canonicae circa alienationem Rerum Ecclesiæ inter Protestantes obtingant? vid. L. B. de Lynck. Vol. Prior. Ref. 50. maxime n. 8. & 22. Lynck. d. tr. c. 10. n. 36. seqq. Horn. in Append. 2. ad jurispr. Fenal. Ref. 5. n. 25. seqq.

Permiserunt Tridentini Seff. 24. cap. 1. de matrim. judicio & prudentia Episcopi Casas Dispensandi in denunciatiis matrimoniis omittendis ex qua formula Menoch. Cons. 69. n. 55. seq. & Cephal. Cons. 241. num. 72. colligunt, illius industria id esse commissum, præprimis cum examinatio hujus rei, sit negotium arduum, & grave, proinde illud multi, ne quidem Vicario Generali posse delegari statuant; At vero Sanchez. u. Ti. L. 3. Disp. 6. n. 10. industriam Episcopi propterea electam negat, quoniam hæc potestas dispensandi

fandi, non certo, determinato, & cognito Episcopo, sed omnibus indefinite
 praesentibus & futuriis d. l. generaliter fuerit concessa, hanc itaque delegabi-
 lem esse propugnat, id quod inde quoque robur accipit, quia potissimum
 ad possessorem Officii Episcopalis non vero ad qualitates personae respicitur,
 & Vicarius Episcopi, a causis dispensationum levioribus, que frequenter oc-
 currunt, non arcetur, ut ex Levrino notat D. Böhmer. *Jurispr. Eccles. Lib. 1.*
tit. 28. §. 10. num. 3. Quemadmodum autem conditio omniam officiorum
 manifeste ostendit, ea non posse expediri, nisi a praesente cui ejusdem pra-
 standi cura incumbit; Quis enim, nisi mentis inops, in dubium vocabit, utrum
 janitor, cui cura forte claudendi & recludendi commissa est, ad januam af-
 sistere debeat, aut cui navis gubernatio incumbit, an ad clavum sedere ope-
 rat? ait Soto d. *Rejident. cap. 5.* Cum utique qui alcui officio pra-
 fectus est, ipse per se illud expiere debeat, praestim, si personae industria
 causam ei officio, ut praeficeretur, dedit; Ita in *Sacris muneribus* hoc semper
 usu venit. De Episcopo haec tenus. Idem de Suffraganeo tradit. *Purpurat. Conf.*
373. num. 12. de vocatis ad Concilium, an procuratorem mittere valeant? vid.
 Card. Jacob. d. *Concil. art. 4. n. 35. seqq.* Conservatores Ecclesiasticos
 subdelegere non posse, docet Chokier de *Conserv. Eccl. quest. 25.* vid. Klock.
cons. 43. § c. 15. in fin. Offic. & potest. Jud. Deleg. in 6. Parochi fides & industria
 non tantum circa orationes, ardui, humeris Angelicis tremendi muneras partes
 hujus spectatur, unde nemo Parochiam, aujs cura sibi demandata est, aliis
 committere potest. Ziegel ad *Lancell. Inst. Jvr. Can. lib. 1. tit. 15. n. 225. edit. Thomaf.*
 sed praestim quoque circa confreibandam Matriculam Ecclesiasticam,
 das Kirchenbuch / Kirchen- Matricul / in quibus Baptizati, Novi Conjuges,
 Copulati, personae defunctæ, & similia, consignantur, id quod etiam *Concil.*
Tridentinum. Sess. 24. Tit. de Reformat. Matrimon. cap. 1. vers. habeat Pa-
rochus &c. in fin. haud obscure confirmavit, ex quo ibi item decretum extat,
 quod Parochus librum habere debeat, in quo omnia illa, quæ ad curam sibi
 subditorum spectant, fideliter annotare debeat, & describere uti colligit B.
 Dn. D. Harppr. *conf. 12. n. 12. de Effectu hujus rei infra videtur.* Ean-
 demque hanc doctrinam, ad omnia munera Ecclesiastica extendit Ziegel. ad
Lancellot. Inst. Jvr. Cau. Lib. 4. tit. 3. §. 11. ad verb. quin immo qui parvulus
*&c. adeo ut Custodium quoque Templi, singularem industriam, dexterita-
 tem, fidem & peritiam quandam requiri pro conciamato habeat, D. Böh-*
mer. d. Tr. Lib. 1. tit. 27. §. 12. in med. Unde mirum non est, quod Ca-
 nones

nones Clericum, per alium, sacra officia expedire, prohibeant, cap. 3. & t. t.
 x. d. Cleric, non residentib. Kleinschmid. in præcogn. Jur. Tr. 3. Sect. 1. n. 25.
 in fin. An vero, si Testator fundet Beneficium, Residentiam Beneficiati semper requisivisse, & illius industria elegisse præsumatur? vid. Jacopin. a Riminald. Conf. 229. Steph. Gratian. Discept. For cap. 133. & obtinens Beneficium aliquod, etam si literarum studio vacet, non tamquam per alium horas Canonicas recitare possit, ut plurimum. Canonistarum contentu firmat Sanchez. Consil. Moral. Lib. 2. cap. 2. Dubit. 62. sic si alicui committitur Provicio de Beneficio Ecclesiastico incerte persone facienda, industriam Commissarii ad hoc electam, ut homini doceo, & morato illius conferat, tradit. Costal. ad L. si procuratorem. s. si quis Eccl. in fin. 8. ff. Mandati. neque alium substituere potest, per text. in cap. 12. vers. sed si Eccl. quia circa eligendam personam, ejus industria in me videtur electa, provisionem sibi commissam, alteri demandare non potest, Eccl. d. Off. & Pot. Jud. Deleg. in 6. imo ille, cui commissum est, Certam, & Determinatam Personam examinare, & si invenerit, bene legentem, confirmentem, & cantantem, ipse, de beneficio ecclesiastico vacante, vel vacaturo providere, & in ejus possessionem corporalem inducere, super quibus ipsius conscientia onerata fuit, alteri hoc examen delegare non potest; quanquam in Rota Romana per majora aliter judicatum fuerit Decr. Rote Rom. d. Concess. proband. Dec. 18. in Novis. Flor. Diez. de Mena Lib. 1. Varr. quest. quest. 4. n. 67 seq. add. d. cap. 12. pr. ibi potest alij licite committere vices suas de Off. & Pot. jud. Del. in 6. Clem. Judices cod. tit. in quibus tamen text. de Clau. Conscientiam onerantis Eccl. nil occurrit. Sed Compilatur d. Decif. in fin. addit: Mibi tamen & tribus aliis Auditoribus ac omnibus Abbreviatoribus de Cancellaria & Dribus extra Romanam, quos confidui, visum fuit, de rigore juris contrarium. & credo quod bene, episcopodi, enim, ut vocant, Executoris Gratiae Apostolice industria eligitur d. Decif. Rot. Rom. num. 4. ubi addit, alias posset Examinator vices suas committere uni a sano, & illiterato, qui nil sciret; quod foret absurdum Eccl. vid. Jacopin. a Riminald. Conf. 612. n. 2. & 3. Et Jacobus Aurelian. in Addition. ad Praxin. Aur. Petr. de Ferrariis Rubr. 34. n. 6. Collationem Beneficiorum, que Regi Galliarum, Jure Regalite, ut appellant, competit, coronæ, & offibus Regis cujus in hoc negotio Industria electa sit, vid. Ren. Choppin. de Roman. Franc. L. 2. tit. 10. f. 1. adhucere, & proinde per Vicarium expeditum non posse, propagnat Philipp. Probus de Jnr. Regal. quest. 38. hæc enim jura Coronæ, fidei, & sacramento,

pro

pro administratione Regni præstito, a DEO concerdira, adeoque nec in alterum cessibilia esse, monet Arnulph. Ruzzus. d. Jur. Regal. privil. 16. n. 4. & 20. seq. ita, ut nec in eum quidem transferri possit hec jussmodi collatio beneficiorum, cui concredita est, omnis Regni liberi administratio, Ruzz. d. l. & quod Tutori Regio, aut Administratori Regni Franciae, hoc Jus Regaliz non competat, post al. docet Papon. Arrest. lib. 2. tit. 3. Arrest. 13. Dissent. Lymnz. Notit. Regni Franc. Lib. 2. cap. 24. in not. lit. 5. in fin. cuius sententia faverit quoque Arrestum Parlamenti Parisiensis post fata proxime defuncti Regis Ludovici XIV. 12. Sept conditum, cuius virtute Duci Aurelianensi Gallæ Regenti, hac collatio Beneficiorum tributa fuit. Idem est, si ejusmodi Administrator sit Delphinus, qui Rege absente, vel captivo, Regni gubernacula tenet, unde Parliamentum Parisiense Præbendam Remen: temporibus captivi in Anglia detenti Regis Johannis, per Carolum Delphinum Johanni de Supravarena collatam, contra Magistrum Stephanum Bornetti anno 1363. d. 15. Nov. per Arrestum confirmasse refert Ruzzus d. l. n. 19. Plura ejusmodi negotia Ecclesiastica, quæ ob industrias personæ, aliis committunt non possunt. vid. in cap. fin. x. de off. & potest. Jud. Deleg.

Supra diximus, quod in officiis sacris, persona industria spes etiæ solet. Hinc, dum non æqua dexteritate, & habitudine ea peragere possint hæredes, ad quæ ex inquisitione, idonei reperti sunt defuncti, spes illa in Expectantis Officiorum Ecclesiasticorum, ad hæredes non transmittitur. B. Dn. Stryk. de Expectantis. cap. 5. num. 35. & seqq. quamquam alias Expectativa demortuæ, spes Expectantia five per conventionem, five ultima voluntate concepsit, in ipsius hæredem transeat; Dn. D. Majer d Tr. cap. 4. § 8. num. 4. In hisce tamen officijs, intentio ad certam personam, certasque ejusdem qualitates manet restricta, adeoque transitus ad alias personas fieri nequit, arg. L. 31. ff. de solut. & L. 33. S. 9. C. de Cad. Tollend add. L. 13. solut. matrim. L. 2. ff. si. Men. fals. Consistoria, sicut & Regimina, & Cancellaria Delegatam a Principe Jurisdictionem habent, non quidem ad sensum juris Romani, in quo magis est, ut propriam ipsis adscribamus, sed quoniam hodie jurisdictione Principp. & Statibus tribuitur, eosque eam suo jure habere predicamus, & quam nos jurisdictionem propriam vocamus idem fibi velit ac. si in domino, & patrimonio Principis, velut jus quoddam reale esse, affirmamus, delegata non incommode vocatur, quam Princeps jure Territorii, alii Magistratis a se creatis demandat vel delegat; Auth. Meditation. ad Instrum. Pac. Westphal. art. 5. §. 31. p. m. 547. seqq. quoniam E. ipsis sunt delegati

legati, non poterunt totam jurisdictionem, in certa causa, alii committere, cum ut plurimum industria Personæ electa sit; non enim matrimoniale, hæc Judicia, sed Personalem, exercent jurisdictionem, at in hac, non illa specie eligitur Industria. Sic *Causas Matrimoniales, a Consistorialibus* alii delegari posse, negat *Textor Diſp. de Judicib. Delegat.* §. 30. quia licet inspecta Principis qualitate, delegatio isthac, tanquam subdelegatio, concessa videri queat, non tamen resp. ponderis causa, & Personarum subdelegantium, quarum Industria electa est, procedat: haud obstante eo, quod Jure Pontificio, cognitio de *Causis Matrimonialibus*, ordinario Episcopi officio coherere videatur cap. conquerente 16. x. de Off. Jud. Ordin. Cum non sub qualitate Episcoporum, sed tanquam Principes, ejusmodi jura in Territoris suis exercant, Germania Imperantes. vid. Böhmer. d. Tr. lib. I. tit. 31. S. 43. seq. Christ. Thomas. Von Recht der Evangelischen Fürsten i. in Theol. Statutig. V. 11. Luvnovici Einleitung zum Consistorial-Process. cap. VI. §. 4. quanquam Officiales Episcoporum, & quæ apud Protestantes in locum eorum successebunt, Consistoria, ad speciales quosdam actus, veluti; receptionem resuum, inspectionem ocularem, agrimensuram, taxationem, divisionem, transactionem tentandam, &c. Commissarios recte constituent. Böhmer d. tr. lib. I. tit. 29. §. 12.

§. V.

Prosequamur *Causas Publicas*, de quibus supra §. I. b. C. cœpimus differere; Sunt autem hæc ipsæ, vel *Judiciales vel Extrajudiciales*: in utrisque egregia, electæ Industriæ specimina, se exhibent: Caput judicij, Personæque princeps, est *Index*, cuius munus hand vulgare est, sed grave, & arduum, adeoque subiectum qualificatum jure suo exposcit; Conf. R. II. de Anno 1570. S. damit aber die Unterthanen / Et R. II. A. de Anno 1654. s. Wie aber zu verhüten / Et Ziegleri *Dicasitice Concl. 23. §. 19. & passim*: Cum nimis sint onerati judges, in iis, quæ ipsorum arbitrio sunt commissa, in his autem facillime imposturam patientur, & ad causas propositos hereant, quasi ad scopolum, vel ad totam alligati, ut loquitur Monticul. de Inventar. quæf. 223. num. 21. quocire a Judge tunc promittere licebit, quod bene functurus sit officio, si quid animæ facultates, non tantum Intellectus, seu Judicij integritate, sed & Voluntatis sinceritate polleat: quæ latius exequitur B. Dn. Fromm. *Diſp. de Norm.*

G

Norm. Arbitrii judic. §. 20. seqq. diligentia autem judicis potissimum occupata est, circa Circumstantiarum, maxime in Criminibus, investigationem, (2.) Inveſtigatarum, quoad veritatem explorationem (3.) Exploratarum expanſionem, & ponderationem: de quibus denuo plur. agit laudatus Dn. D. Fromm. d. Disp. th. 90. ex quibus conficitur, Judicis induſtriam, omnia in committendo hoc munere, spectari: quod etiam docet Menoch. Arb. Jud. Quæſt. lib. 1. cap. 54. num. 1. hancque primis Romanorum temporibus rigide exactam, Judgesque sub angustis Imperii limitibus, ut ipſi jus dicerent, adſtrictos fuſſe, conjecturatur Bachov. ad rā. nōtra lib. 2. pag. m. 380. in fin. Eſq. seq. exultante tum omni potestate, jurisdictionem alius mandandi. add. arg. L. 2. S. 31. ff. de Orig. Jur. Id quoq. de Potestate Gladii, seu Meru Imperio longe veriſitatum. Exactis namque Regibus, populus Romanus, Consulibus quidem pri-
mum, sumnam potestatē detulit, sed alter horum Valerius Publicola, metuens, ne Consularis potestas, in Regium domainatum degeneraret, ſecures fascibus detraxit; provocationem ad populum, & hoc jus, de Vita Civium Romanorum statuendi, populo reſtitutū, & quamquam deinde Legē Decemvirali hoc abolitum, attamen poſtmodum L. Portia, & Vale-
ria reſtitutū, populas, nulli in posterum Magistrati, licet jurisdictioni praeſet, metu abutendā potestatis, per ſe, ſeu jure Magistratus ut habe-
ret, concesſit, ſed ei, vel eis, quorū Induſtriam, & fidem perpeſtam habebat,
uti, rei tam gravi, in qua penitentia, veleſtationi erroris haud lo-
cus, nec in integrum reſtitui laſsus poteſt; convenientebat, vid. O. C. art.
150. in fin. ſpecialiter delegabat; qui illud ex ſpeciali permissione exerce-
bant; Joach. Stephani de Jurisdic. Judeor. Grecor. Romanor. lib. 1. Dnbitat. 29. in
num. 33. seqq. Mæſtert. de Juſtit. LL. Roman. L. 1. Dnbitat. 29. in
fin. & primitus quidem Personæ individuæ: huic vel illi Prætori in concretorū
concedi ſolebat, poſtmodum vero certo Magistratuſ ſpecialiter & indefinite
adeoque intuitu Induſtria committi ſuevit Ziegler. de Juſt. Majestat. L.
1. cap. 29. §. 9. quam Induſtria electionem, licet hujus rei invictam rationem
eff dicat, Muſcorn, de Jurisd. num. 140. Anonymus quidam Profefſor
Juris, in Gymnaſio Ticinenſi, teſte Bernh. Walter, Miſcell. L. 2. cap. 9.
exinde ſollicitavit, quia Lex Meru Imperium, non ſpecialibus Personis, ſed
incertis, ſub nomine Magistratus committat, (2.) hoc admiſſo, ne in caſo
quidem neceſſitatis illud mandari poſſet: contra l. 1. pr. f. de Offic. ej. e-
mandari

51

mand. e. iur. sed ad (1.) Resp. implicare Certo Magistratu*m*
sub ratione Industriæ nominatum aliquid injungere, quod confirmat ex-
emplum in L. un. §. 1. ff. d. Off. prefed. prætor. add. Faber Rational.
ad d. l. i. pr. ff. de Offic. e. c. m. iur. Scipio Gentil. de Jurisd. L. 2. cap.
24. Hilliger ad Donellum lib. 17. cap. 8. lit. mm ad (2.) quod justum
impedimentum regulam limitet, non vero Elect. Ind. destruat. vid. iñfr. cap.
4. §. 3. Illud nemo temere in dubium vocaverit, Jure Civili Roma-
no Merum Imperium jurisdictionis mandata, aut delegationis, habile
Objectum non constituisse, d. L. 1. ff. de Offic. e. c. m. j. L. 6 ff. d. Off.
Procons. l. 70. de R. I. uti plur. deducit Scipio Gentil. d. Tr. lib. 3. cap.
25. Mästerl. d. Dubit. 29. Arn. Vinn. de Jurisd. cap. 3. Linck. d. Centena. §.
3. Gôhausen Part. I. Peric. Acad. 3. quest. 17. & quest. 22. part. 2. per. 1.
quest. 3. una hujus rei exceptio est, si es, cui merum Imperium com-
petit, necessario abesse cogatur, d. L. 1. pr. ff. de Offic. e. c. m. idem tamen
statuant Ddres communiter, de aliis causis fonticis Vinn d. l. t. 2. Brun-
nem. d. Proc. Inquisit. cap. 3. n. 53. B. Dn. Lauterb. Differ. Jnr. Comm.
& Würtemb. in Canff. Crim. §. 4. num. 1. B. D. Scheinem. Diff. de Ju-
risdict. th. 13. add. Ord. Crim. art. 2. B. Dn. Stryke in Spec. V. P. M.
ad Tit. de Off. E. c. m. e. I. §. 5. Cepit tamen postmodum juris-
dictio, aliam induere faciem, dum ex Magistrali & Administratoria, in
Realem & Patrimoniale commigravit, cuius rei vestigia in Jure quo-
que Canonico cap. 4. ibi : in Jurisdictione tua existentes, x. de Raptoris
bus. comparent. unde cessante, nostris moribus, impedimento personalitatis,
tam Principes Nostri, quam Episcopi, proprio jure Criminalia exercent, &
aliis delegant, uti præter quotidianam praxin, vel famosam illam inquisi-
tionem Cellis, ante aliquot annos, contra furum colluviem habitam, con-
firmate dicit Böhmer d. tr. lib. 1. tit. 29. §. 39. Schilter Ex. ad ff. 6.
§. 25. in not. lit. a. add. qua eleganter hanc in rem differit Nicol. Bur-
gund. ad Confutand. Flandria. Th. 9. num. 1. & num. 21. Et Ant. Wil-
helm. Ertel. Prax. Am. de Jurisd. Infer. seu Baffa, lib. 3. cap. 12. ubi
ita : Jedoch ist heutigs Tags / nach durchgehender Gewohnheit des
ganzen Europa, der Blutbann gemeinlich denen Schlossern und
Gütern anhängig / und weilen dahero Industria Personæ nicht mehr
erwecket wird / so tragen die Lands- und Schloß-Herrn besagten
Blutbann ihren Beambten nicht unbillig auf. Textor Diff. 3. th. 20.
Linck.

Linck. d. l. Clasen. ad Ord. Crim. art. 2. fol. 39. seqq. B. Dn. Stryk.
 II. P. M. ad tit. de Jurisd. §. 6. At vero hi Inferiores magistratus, ne
 hodie quidem, merum imperium, delegare peterunt, Franzk. ad tit. m. d.
 Jurisd. num. 56. seqq. Wissenbach. Disp. ad n. 6. tb. 15. Neque desit hæc præ-
 sumpta Judicium integritas, & probitas, in Germania, Privilegia de non
 Appellando mereri. Postquam jamdudum Praefectis Prætorio, ab Impp.
 Rom. indultum, ut ab eorum sententia provocari non licet, teste Cha-
 ristio in L. un. ff. d. Off. Pref. Præt. Cum antea, inquietus, quæsti-
 tum fuisset, an liceret a Pref. Præt. appellare? Et jure liceret, Et ex-
 tarent exempla eorum, qui provocaverat, postea publice sententia prin-
 cipali lata, appellandi facultas interdicta est: Creditur enim Princeps,
 eos, qui ob singularem industriam, explorata eorum fide, Et gravitate,
 ad hujus Officii magnitudinem adhucientur, non aliter judicaturos fuisse,
 pro sapientia, Et luce dignitatis sua, quam ipse foret judicaturus, Et.
 Et ob eandem rationem, quam in concedendis hisce iuribus, non tantum
 perpetuo ob oculos habuere Impp. R. G. sed LL. Imperii severe inculcant
 scil. ut Tribunalibus, quæ haec prærogativa cluant, præficiantur Judices
 Idonei, rerum periti, integri, boni, & prudentes; Sic enim dispostum
 in Rec. Spir. d. Anno 1570. I. Damit aber die Unterthanen / Et. Et
 R. I. d. Anno 1654. Wie aber zu verhüten / Jus Extremæ Provo-
 cationis ad nonnullos Imperii Status extensum, vid inf. cap. ult. §. fin.
 Ob quam curam, & sollicitudinem, in bene constitueris Judicis inferiori-
 bus, saneteque administranda justitia, ab Impp. præsumptam, Potestiss. Sa-
 xonia Electori, & Ducib. Privilegium de Non-Appellando, inter alias ratio-
 nes, concessum fuisse, testatur Carpzov. Disp. de Privil. Elector. Saxon.
 Et Duc. de non Appellando §. 40. videat Ziegler. Dicastice Concluſion.
 23. §. 19. Schilter Ex. ad P. V. §. 6. quin & in Commissariis Principis, Cum
 Claus. Appellatione Remota, delegatis maximam spem & fiduciam, re-
 poni, testis est Brunnem. d. Appellat. Rescript. Princ. Rom. cap. 4. §. 12.
 in fin. quo effectu / ad cap. seqq. videbimus. An Judges, Com-
 missarii ad Examen Testium deputati, Industriam eligat? hicque adeo
 subdelegandi potestatem habeat nec ne? varie inter Ddres disceptatur,
 idque sub multis distinctionibus expedit Scaccia de Judicis L. 2. cap. 9.
 num. 605. Et m. seqq. add. Fabric. Cent. 3. Obs. Cam. 45. In Camera
 ejusmodi Commissariorum subdelegare regulariter non posse, ex hac ra-
 tione, quia singularis, circa obeundum munus singulare Commissarii in-
 dustria

dustria electa sit, propugnat Gerhard Pfankuch de Possefforio Summarissimo L. 2. cap. 10. n. 19. seq. secutus Rulandum de Commiss. p. 1. lib. 3. cap. 5. num. 31. seq. quodque Commissio Examinis Testium soleat expediti per verba personalitatem respicientia, cum respectu ad qualitatem & industriam Personæ, quæ in dubio censeatur electa, tradit Guazz, in Defensa Reorum: Defens. 13. cap. 11. Ceterum quotidie videmus, inquit Gail. d. Obs. 97. num. 10. Imperatorem dare judges, & committere causam Principi & Statibus Imperii, qui postea per suos subdelegatos, puta Consiliarios, illam expedient, id quod in casu, accidentis, vel Judicis, vid. L. Nicol. Lescut. d. Examinat. Vestim cap. 9. Pfankuch, d. l. in fin. vel partium consensu, sive taciti sive expressi, etiam dissentientes concedunt, Mynsinger. Cent. 1. Obs. 97. Farinac. de Testib. quest. 76. n. 134. quorum utrumque requirit, I. P. W. part. 1. Tit. 37. §. Wann nun einem Commissario &c. ibi: und die Zeugen, Werber selbst verlochten / auch ohne Vorwissen und Bewilligung der Parteien / und des Richters / einen andern zu substituiren nicht befugt seyn / sc. add. ea que habet Pfankuch, d. Tit. L. 2. cap. 11. 12. 13. §. 14. ubi, quidnam incumbat Commissario, ad Examen Testium deputato? examinat: quinimo, de jure tum Communi, tum Camerali stylo, Commissarium, inviris etiam partibus, subdelegare posse, tradit. Gylmann. Sympb. Came- ra. Tom. 2. part. 2. Vol. 1. num. 1. seqq. modo subdelegatus ad demadatam sibi Ipartam habilis sit, & in pari cum subdelegante, qualitate, fac. Ord. Cam. p. 3. tit. 16. §. diuersil / sc. 4. Pfankuch. d. cap. 10. num. 22. in fin. In Canjis Criminalibus, Iudicis, Industriam, circa testium Examen, quam maxime spectatur; unde ipsos Testes ad illum adduci, necesse videtur, ut ipse videat, an vacillent? L. 10. §. 5. ff. de question. Anth. Apud. C. de fide Testium. adeoque receptioni his in causis, non videtur esse locus, vid. Trentacing. Varr. Refoll. L. 2. Tit. de Testib. Ref. 10. Ludovici Einleitung zu dem Civil. Process. cap. 14. §. 28. quicquid vere sit de Jure Civili Romano, generali tamen confuetudine receptum est, Judicem, si velit, Examen Testium Absentium, aliis committere, quod etiam concedit Carolus V. Ord. Crim. art. 72. B. Dn. Stryke in V. P. M. ad Tit. d. Testib. §. 18. in fin. plures ap. Fabric. Cent. 3. Obs. 40. & in Rep. ad Gail. L. 2. Obs. 96. Sect. 2. D. Ludov. d. l. Quin, ut illud quoque addamus, Eum, qui a judice, ad consulendum eligi solet, maxime sub ratione Industrie huic muneri destinari, trad. Pax Scala de Consil. Sapient. Lib. 3. cap. 8. n. 9. §. pass.

A Judice dilabimur ad *Actuarios*, quorum dexteritas, sedulitas, & fides, probata prius esse debet, quam ad functionem istam admittantur, ne ex ipsorum illegalitate, imperitia, vel negligentia, quidquam damni, vel litigantium, vel ipsis judicio eveniat, neque minor, in *Actuaris Magistratum* inferiorum, & municipiorum, scientia, fides & dexteritas requiritur, quam ipsorum Judicium, qui in oppidulis, & pagis, ab illis, vicem Syndicorum haud raro substituentibus, informari debent, Carp. p. C. Dec. 101. Schilter. Diff. d. Secretar. cap. 4. Unde est, quod Acta Judicij non nisi ab Officialibus, ad ea, vel Legi, vel Statuto, vel consuetudine deputatis, & quidem propria manu, confignari queant. David Döring. Bibl. Jctor. voce *Acta Jud.* n. 29. seqq. Fulv. Pacian. de Probat. Lib. 1. cap. 65. num. 40. seqq omnia videlicet, quae in Judicio occurunt, Berlich. part. 1. concl. 8. num. 21. seqq. Brunn. de Proc. cap. 1. num. 8. seqq. Neque tantum quid actum, sed & quid non sit gestum, fideleriter annotare debent, ut negativa eo facilius probari possit, e. g. hunc actum coram Actis non esse gestum, Juramentum testium non esse exactum: & simil. Heeser. de Actis Judicial. cap. 1. num. 187. seqq. ubi plur. Hisce itaque consequens est, manu Vicaria in conscribendis Actis Judicialibus, *Actarium*, vel Notarium Judicij, cuius Industria peculiariter electa est, ut non posse, vid. Ord. Proc. Sax. tit. 2. S. Also versehen Wir Uns w. ibi: und nicht gestatten / daß ohne Unterschied / einer / oder der andere von ihren Dienstern / die nicht darzu bestellt / noch geschworen / auch deren Dingen keinen Verstand haben / eines / oder das andere zu registriren / oder einzuverzeichnen / sich unterstellen mögen ic. J. P. W. part. 1. tit. 6. *Actuaris injungitur*, daß sie ihre Geschäfte / nicht an die Substituten lassen sollen : Berlich. d. l. n. 42. seqq. Purpurat. Conf. 593. num. 4. Pacian. d. l. Adeo, ut ea, quæ ad Officium *Actuarii* pertinent, nec per Atestorem, vel alium Judiciali Ministerum, nisi specialiter, ad hoc, a judice deputatus fuerit, expediri possint, Berlich. d. l. num. 45. Hafer. d. l. num. 202. Horum enim Persona a Persona *Actuarii*, plane separata est, & in his causis habent pro privatis, post Gabr. Sarayn. Döring d. l. num. 24. Quin imo nec ipse Judge, *Actuarii* vicces in scribendis Actis gerere potest: Protocollum enim mandatu Judicis conscribitur, nemo autem sibi metipsi imperare, & mandantis, & mandataris personam simul gerere potest. arg. L. 13. §. fin. & seq. ff. ad SCiun Trebell. nec judicis est, Acta facere sed observare, & secundum ea judicare, arg. L. 6. S. l.

(55)

§. 1. ff. d. Off. Pres. Mev. p. 5. Dec. 120. n. 2. Schrader. de Feud. Tom. 2. part. 10.
Sect. 16. num. 3. seqq. Doring. d. l. num. 25. etiam si ejusmodi Protocollum
subscriptione Testium fuerit munitum, nullibi enim in iure hoc cautum re-
peritur, ut dicit innocent, ad cap. Cum Notis 28. x. de Testib. Tusch. lit. A.
concl. 28. num. 56. aut Judge simul quoque sic Notarius publicus Berlich.
d. l. u. 30. Altmar. d. Nullitat. Rubr. 13. quest. 8. num. 10. seqq. Exceptio-
nes vid. ap. Heeser. d. l. n. 205. seqq. Guid Papæ Dec. Gratianopol. qnaest. 564.
add Dec. Elect. 39. § 45. late Sabelli Summa Decis. voco Acta num. 1.
Unde in casu da der Vogt ohne bespeyn desf Stadt. Ambts oder Gerichts.
Schreibes / oder dessen Substituten / das Protocoll selbstem geführt / pro-
cessus prioris Instantia annullatus fuit, in Supremo hujus Ducatus Provoca-
tionum Tribunal, d. 5 Sept. 1711. in Causa von Nussringen / Herrenber-
g. Ambts / zwischen Conrad Suppen / A. N. und Veit Schmiden / R. T.
vid. Stryk. d. Jnr. Protocoll. cap. 5. num. 48. Barbos. ad d. cap. 11. x. d.
Probat. fol. 487. Etiam Commissarii, ut iliorum gesta fidem publicam ha-
beant, Actuarius juratus adjungi debet, qui universa conscribat Acta, hoc
enim omisso, pro illorum Procesu non præsumitur c. 11. x. de prob. uti Fa-
cultatem Jurid. Hallens. mense Sept. 1713 pronuntiassse refert. D. Böhmer. d. Tr.
Lib. 1. Tit. 29. §. 44. Nullibi vero magis, quam in *Caujis Criminalibus*
Actuariali Industria, in accurate describendis singulis, quandoque minimis, lo-
cute temporis, personarum, circumstantiis, est necessaria, ut ex illarum penita-
tione, juste ac tuto sententia concipi possit; Non abire itaque D. Carol. V.
in Nemesis sua art. 181. § aliquot seqq. Actuarii eandem serio inculcat; an-
te omnia requirens, ut actus *Judiciales*, (1.) Circumspecta, & accurata
diligentia, (2.) Distincte (3.) justo ordine, sive ut verba d. art. 181. habent,
gar eigentlich / (2.) unterschiedlich / (3.) ordentlich ic. consignent; Circa
Responsionem Rei jubentur annotare Annum, Diem, & Horam. (2.) No-
mina eorum, qui Actui interfuerunt, art. 182. & quoad Probationem Ac-
cusatoris (1.) Genera Indiciorum, (2.) Horundem Demonstrationem art. 183.
hocque facto Admonitionem ad Reum per judicem de confitendo delicto,
quandoque verbis Commimatoris conjunctam, art. 184. hacque omnia,
non aequipollentibus, sed iisdem verbis formalibus, ne minima quidem cir-
cumstantia, insuper habita, prescribere opus est, quam in rem bene D. Ludo-
- §. 3. Exceptiones hujus Regulae.
- §. 4. Pariter quoque facultas ce dendi.
- §. 5. Alienandi Imperia, quae nam?
- §. 6. Hares Debitoris Ind. fa cium prestare non potest.
- §. 7. Deficit Conditio, Haredis In stirut. & Legatis adscripta, quo quies Industri. Debitoris respicit.
- §. 8. Debitoris Industri. hereditibus integrum Salarium debetur, si ille intra annum decedat.
- §. 9. Quamnam Culpm præstet Debitor Ind?
- §. 10. Legatorum Acta obligant Mittentes, quousq;?
- §. 11. Matricula Ecclesiastica p le ne probat.
- §. 12. Quousq; El. Ind. Appella tionem impedit?

§. 1.

Post Negotia, quæ industria Personæ requirunt, vel amittunt, proximo Cap. a nobis perlustrata, de Effectibus hujus Electionis agendum restat; Ante omnia vero inquirendum venit, Num in casu Elec. tio Industri. post moram a Debitori admisam, præcise ad facti præstacionem, an vero ad interesse tantum agere queat Creditor? Illud videatur Accurs. in L. 21. §. Opus Eccl. vers. five ansem Eccl. ff. d. Nov. Op. Ninth & generaliter quod obligatio faciendi, in qua C. P. J. E. solvendo eo, quod interest, nec elidatur, nec evanescat, tradunt Joh. Immol. in cap. 2. d. pignor. Alexand. in L. 72. num. 29. ff. d. V. O. Et in L. quatenus num. 6. & 63. d. Reg. Jur. Cat. Molina. in L. un. num. 186. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest: Freyer. d. Solutionib. cap. 4. num. 14. Gomez. Var. Resoll. Tom. 2. cap. 10. n. 22. Rebuff. de Privill. priv. 95. hucq; collimare volunt text. in L. 6. §. 7. ff. d. Stat. Lib. Non tantum quod utilitas publica hoc suadeat, sed & quod tale factum, ab aliis, non æq; feliciter expediti possit, & ejusmodi personis, quæ in Arte sua excellunt, plerumq; plus mercedis per solvi soleat. B. Dn. Bardili. d. disp. d. Obligat. Faciend. th. 111. unde illum, qui librum scribere, aut typis excudere promiserit, ad factum præcise præstandum cogi posse, tradit H. Stamm. d. Tr. Lib. 3. cap. 12. num. 9. Card. Mantica. d. Iac. Et am big.

big. Convent. Lib. 14. tit. 32. num. 18. Idem de Libri Descriptore, Pictore, vel qui v. c. filium alicujus literis erudire promisit, & simil. trad. allegati a B. D. Bardili l. c. Nobis, si verum, quod annamus, faceri licet contrarium veritati juris, magis amicum videtur. Constat enim ex diversa qualitate factorum: obligationem Debitoris, vel præcise ad factum, vel post moram ad interesse, pendere. Quod, si in rei alicujus præstatione, consistat, sive ad causationem, dominive, aut alius juris translationem ordinetur adeoque causam honorum contineat, debitor ad illud omnino poterit cogi. l. 52. S. i. ff. de V.O. verum ad Facta nuda, & simplicia, seu quæ in nudis facienda finibus, consistunt, operamq; hominis, & membrorum considerant, sine vi & impressione, cogi, potest nemo, & ideo, ne homini liber, vis fiat, placet in his debitorum non præcise ad faciendum obligari, sed post moram, ad interesse, l. 13. §. i. ff. d. Re Jud. l. 14. l. 72. l. 84. l. 91. §. 3. ff. de V. O. Vinn. ad Tit. Inf. d. E. V. pr. num. 7. §. de V. O. §. fin. late laudatus modo B. Dn. Bardili d. Diph. th. 87. & seq. ubi ad contraria respondet, quæ regula nullibi in Jure nostro, propter El. Pers. Ind. limitata deprehenditur, quin & inter exempla, nudi facti testatur quoq; Pictura Tabula, Edificatio Insulæ, & simil. vid. L. 31. ibi: Nauem a se fabricandam, &c. vel Insulam edificandam, fossamve faciendam &c. ff. de solut. add. l. 72. pr. ff. de V. O. Manz. ad §. fin. I. de V. O. n. 9. quam ob rem, Facti Debitorum, cuius Ind. El. præstanto interesse, sese ab obligatione sua exonerare posse, trad. Bartol. ad l. 72. Stipulationes non dividuntur &c. num. 36. §. 37. in fin. vers. ex predictis &c. de Verb. Ob. cuius sententiam receptam esse, testatur Alexand. in l. Alia §. Eleganter num. 6. in fin. ff. solut. Matrim. eandemq; graviores quosq; Authores sequentes suis, ex jalone, consentiens, testatur Eman. Soarez. in Annalib. ad Gomez. d. l. lit. p. Multum namq; differt questio: An, si Eleætus factu præstare velit, vicaria opera uti possit? id quod juxta indolem hujus obligationis regulariter negamus, ab illa, An, si facere nolit, ad id invitus adjigi possit? Cuius negavimus natura factorum Nudorum suader. Huic vero, obligationi ad interesse, quæ post moram contrahitur, stipulatio penalis adjici B. Dn. Luther. Diph. de Poena Conventionali th. 48. seq. imo ille, cuius Indust. El. in casum cessationis, ad compedes, & vincula, sese obligare potest, post Bart. lmal. & al. Coler. d. Process. Exec. p. 1. cap. 5. num. 6. ubi exemplum ponit, in Descriptore Libri Juris, aut Medicinæ, vid. B. Dn. Bardili d. Diph. th. 53.

Princeps autem Electionis C.P. J. Effectus, in eo consistit, ut Personam Electam, ad negotium, per seipsum, non vicaria cujuscunq; opera expedientem obliget, omnemq; substitutionem & subdelegationem respiciat; adeoq; regula, juris nostri, parietaria: qui per alium facit, per se ipsum fecisse videatur, l. 5. §. 2. *de Administr. Tit. L. si quis. §. fin. ff. d. iurisd. l. 1. ff. de eo p. quem fact. l. 1. §. de jecisse ff. de Vi. & Vi. Armat. l. 6. §. 1. ff. de Preclar. cap. hi qui. de Præbend. in 6. cap. quod super his. de Voto. cap. 68. de Reg. Juri. in 6to. Nam facimus, & quod per alium facimus, inquit Grot. J. B. & P. lib. 2. cap. 6. & 9. vid. Thoming. Dec. 46. n. 3. & seq. Söchard. ad d. l. 13. C. de committend. stipulat ubi inquirunt, quot modis alter, pro nobis ficte faciat, & faciendo nos videamus fecisse? ubi cunq; Personæ Ind. El. officium perdat: arg. d. l. 31. pr. ff. de solnt. L. m. §. ne autem & C. de Caduc. Toll. cap. fin. x. de off. & pot. Jud. delegat. post Alberic. Arias de Mesa d. l. num. 8. Brunnen. ad cap. 68. num. 8. & 9. & Reg. Irr. in 6to. Et regulariter actus per alium explicari non possit, quoties Industria personæ electæ Gail. Lib. 2. obs. 97. num. 2. Tutsch. lit. I. Concl. Pr. 105. Pfancuch. d. Tr. l. 2. cap. 10. num. 20. in fin. ubi plur. hancq; communem Dl. sententiam esse, testatur Socin. Lib. 1. Conf. 99. Soarez. Rec. Sent. lit. D. num. 30. que obtinet, sive expresse, sive tacite Ind. Pers. El. fuerit, post plur. Sperell. J. Dec. 106. num. 48. Hancq; rationem in Camera Imperii, in Causa Bozenhausen / contra Rauen / consideratam fuisse, testatur Ruland. d. Tr. Part. 1. Lib. 3. cap. 5. num. 6. Hujusq; rei, in cap. prox. preced. luculentia in scenam produxit exempla. Adeo, ut ne quidem Pater cuius Industria El. Filium substituere possit, Grav. Lib. 1. Concl. 99. num. 9. Paschal. d. Vi. vib. Parr. Pot. p. 4. cap. 1. num. 4. & Fr. Mar. Præt. in addit. Nam fictio unitatis, inter filium, & Patrem, extra terminos, in jure expressos, non extenda: nec obtinet in factis, persona cohærentibus, in his enim veritas praevaleat fictioni, arg. d. L. 31. ff. de solnt. L. m. §. 9. C. de Caduc. Toll. Paschal. & Præt. d. l. quanquam hanc potestatem Patri indulgeant Carocc. d. l. n. 1. Schäffer. p. 2. quest. pr. 10. num. 13. seq. Flav. Amendola ad Vinc. de Franc. Decis. 76. num. 22. ubi plur. adducit, & ad casum, ubi filius & idoneus est, restringit. Ronchegall. d. l. num. 38. Gratian. d. Decis. 157. num. 3. qui Balduin, Papix, filium, ad legendum substituisse, ex al. referunt, Solis Municipio, cum Legatis, hoc concedit L. 4. §. 4 ff. de Legat. vid. tamen Kulpis de Legationib.*

tionib. Stat. Imp. Cap. 12. §. 4. f. Myler ab Ehrenb. de Principiis & Stat. Imp. Part. i. Cap. 15. §. 15. ubi in aliis Legatis requirit, ut iporum mandato Claus, substitutionis sit inserta.

§. III.

Sunt tamen aliqui casus, quibus per alterum expedire quis potest, quod Industria sua commissum. Alciat. ad L. 137. §. 5. ff. de Verb. Ob. Et quidem I. Magistri Navis Industria eligitur, ut patet ex descriptione illius officii, apud Loccen. d. Jur. Maritim. l. 2. c. 1. §. 9. & l. 3. Cap. 7. §. 3. seqq. & traditis Stypmanni de eod. argum. part. 4. Cap. 15. num. 124. Cui tamen jus substituendi a potestate LLatoria datum est in L. 1. §. 5. ff. de exerc. Action. quamvis enim ratio Juris Civilis, & regula §. anteced. obstat, pravaluebat tamen favor commerciorum, & ratio Civilis Prudentiae. d. L. 1. §. 5. ibi dicendum eonsque prodicendam navigantium utilitatem. ff. de exerc. Action. Schilter. Ex. ad ff. XXVII. 10. Unde Exercitor non solum ex contractu Magistri, sed & ab hoc surrogati Pro-Magistri tenebitur, sive substitutionem sciat, sive ignoret, imo, et si vel in genere, vel in specie, prohibeat Stypmann. d. l. num. 118. seq. vid. Struv. Dec. Sabbath. Cap. 28. Dec. 7. Hodie tamen, ex praxi maritima, substitutionem non esse licitam, potestatemq; substituendi Magistro ab Exercitoribus expresse concedendum esse, monet, & ex Ordinat. Hanseatica, demonstrat B. Dn. Stryk. V. P. M. ad tit. d. Exerc. Ad. §. 17. cuius verba finalia dict. mod. negative esse legenda, antecedentia suadent. II. Ex concessione Principis, quilibet alium substituere potest sive substituens adhuc nomine suo munus exerceat, l. fin. de Castr. pec. lib. 12. sive omnino sit exclusus, & substitutus proprio nomine, officium, tanquam suum administrer. I. si quis C. de Murileg. lib. 11. Alciat. d. l. num. 9. sive officialis, permodum specialis privilegii, hoc impetraverit, wann es seinem Staat einverleibt ist. argum. L. 60. & 63. C. de Decr. sive Constitutione generali, omnibus concessum sit, Myler. ab Ehrenb. Hyparchol. Cap. 21. §. 5. Unde quod Potentiss. Saxon. Elector specialiter dispensare queat & aliquando soleat, ut Professores in Academiis suis, aduersa valetudine, vel aliis negotiis, impediti, per substitutum, eidem, ut supparem a corpore Academico presentatum, publice doceant, plur. deducit, & Rescriptis Electoralibus illustrat. Carpov. Jurispr. Eccles. Lib. 2. tit. 25. Dec. 406. III. Consuetudo Elec. substitutionem excusat, nam, quando ad faciendum obligatus, solitus erat substituere, tum conditio Personæ exceptionem a regula porrigit. Gratian, d. Decis. 157.

num. 14. seq. Ronchegall. d. Tr. ad. d. l. 5. num. 26. in fin. ubi dicit Ddres
 vulgo afferre exemplum, Alberti cuiusdam Medici, qui muneri suo, per fur-
 rogatos, satisfacere solitus fuerit. Sic Redemptores Operis (quos Galli
 Entrepreneurs vocant:) raro operi manus admovere solent, sed tanquam
 Ministri in Capite, dictant tantum, sive dirigunt opus, ut loquitur ex Ca-
 strensi, Carocc. d. Locat. Cond. Tit. Industr. Person. num. 9. Anton. Matth.
 d. l. Idem est si Principum Industr. est electa, hi enim per Ministros, &
 Consiliarios, negotia publica tractare, plerumq; solent, vid. supr. p. 34. In Pro-
 fessoribus autem, in universum, ante omnia, ad morem in Academia vigen-
 tem, ejusdem statuta, habitumq; erit respiciendum. Sic in Salmanticensi Pro-
 fessore, justo impedimento detentos, alios substituere solere testatur Franc.
 de Amaya ad L. 60. num. 31. C. de Decr. Et Udalr. Zasius de Seipso ita:
 Mens Preceptor P. Citadinus, Vir insignis subrogavit me, in Lecturem
 Ordinariam, dum essenti Scholaris, & legi pro eo, tit. de Condit. Infin. Cete-
 rum erat magnus tumultus, inter Ddres, maxime, qui oderant me, sed ne-
 mo audiebat manus injicere: ad S. fuerat. num. 3. Inst. de Ad. At Inclu-
 te hujs Eberhardinae Lles. interdicunt, ne sine gravi & approbata cau-
 sa, munieris professorii partes, alii demandentur Staint. Renovat. cap. 7. in
 fin. IV. Consensus creditoris in cuius favorem, C.P.J. El. substitutio-
 nem licitam facit Sperell. d. Dec. 106. num. 58. ita Doctor in Lectio-
 nibus Privatis, consensu Auditorum, aliis vices demandare potest, Ron-
 chegall. d. l. num. 39. Walther. d. Frivill. DDR. cap. 18. §. 141. in med.
 idem in alio quovis Deputato, Carocc. de Loc. Cond. Tit. Industr. Person.
 num. 2. Et Architectus, cuius singularis Industria, ex. gr. in domo fabri-
 canda fuit El. Creditori ad hoc opus faciendum, alium delegare non prohibe-
 tur, B. Du. Bardili Diff. d. Delegat. ib. 25. sibi enim Creditor impura-
 re debet, quod ab alio, quam Debitor suo fuerit stipulatus, Bardili d. Diff.
 ib. 32. V. Justum impedimentum aliquando regulam supr. posit. luxat
 laxatq; L. 13. C. de Marileg. Alciat. d. l. num. 8. quam ob rem, Professores,
 aliosq; Officiales, ob absentiam necessariam, & temporalem, verb. gr. si va-
 cant in balnea, in term. Ludovic. Roman. Singul. 670. in fin. in valetudinem,
 fene etiunem, & simul alios surrogare posse plur. firmat. Ronchegall. d. l.
 num. 29. & seq. ubi tamen num. 39. superioris licentiam requirit, Myler. ab
 Ehrenb. Hyparchol. cap. 2. 1. §. 5. seqq. ubi hoc Hispaniarum Legibus, sanctum
 esse notat, impedimentum fene etiunis autem, ad munera personalia, labore
 cor-

poris requirentia, restringit. Ita Actuarus, morbo, vel alio modo impeditus, non quidem suo libitu, permisso tamen judicis, farta, recta;q; Protocolli, in quo impedimentum exprimendum, fide, alium substituere potest, qui in rebus majoris momenti, vinculo juramenti adstringendus. *Pacian de Probat.* d. L. 1. cap. 65. num. 40. VI. Superveniens dignitas, qua illaſa, debitor, eius Ind. El. personaliter negotio commisso vacare nequit, substitutum admittit, uti de famulo, tradit. *Herm. Stamm d. Tr. cap. 2. num. 7. in fin.* Professoribus quoq; in Academiis per 20. annos docentibus, & per hoc illustribus effectis, hoc privilegium, per substitutum legendi, tribuit *Andr. Sicul.* ad cap. fin. x. de Off. Ind. *Deleg.* aliq; citati a Ronchegallo d. l. num. 32. ubi in Salmanticensi hoc obtinere, ex Valasco obseruat. Verum has nraias recte profligat *Walther.* d. Tr. Cap. 15. quest. 59. hocq; cerebrinum privilegium merito non agnoscunt Ronchegall. d. l. *Marc. Mant. Singular.* 32. L. min. *Jur. Publ. Lib. 8. cap. 3. num. 42.* Nic. Bellon. Lib. 1. *Suppatat. cap. 13.* Aliud exemplum in Vafallo vid, apud B. Dn. Stryk. *Diss. de Immunit.* a Servit, Fendal. cap. 2. §. 6. in fin. Interim illud notandum, quod, in quibus casibus substituendi facultas competat, persona aq; idonea surrogari, & substitui debeat, quod plur. persecutur Myler. ab Ehrenb. d. l. §. 9. & 10. vid. l. 1. C. de propos. Agent in reb. lib. 12. cuius arg. Bartol. dicit: Doctorem non nisi Doctorem substituere possit Ronchegall. d. l. num. 34. An & quatenus substituens, ex culpa substituti teneatur? vid. Sabelli Summa, voce Surrogatio. num. 3. in fin.

§. IV.

Sed nec Debitor Indust. per Cessionem ab Obligatione facti, quod ipsius Personæ tam sicut cohæret, sese exonerare, adeoque sub hac specie, alium substituere potest, hocque intuitu Regula, quod ea, qua Personæ Industriam requirunt, cessibilia non sint, quam, arg. L. fin. pr. ff. d. Verb. Obl. §. 2. Insti. de stipul. Serv. L. 6. §. 7. ff. d. Stat. lib. L. 31. ff. de sol. L. un. §. 9. C. d. Caduc. Toll. c. fin. x. d. Off. jud. Deleg. exfruit, Alph. ab Olea d. Cession. *Jur.* & *Act.* d. Tit. 3. quest. 5. num. 3. ubi de jure societatis agit, bene procedit. Non vero ratione Creditoris B. Dn. Bardili d. Diss. de Fac. Obl. th. 142. in fin. ad hujus enim Personæ qualitates peculiares non respicuntur, & regulariter Creditori liberum est, ius suum per cessionem in alterum, transferre arg. t. t. ff. & C. d. Hered. v. *Act.* K. Excipiuntur tamen Operæ officiales, L. 26. §. 12. ff. de Cond. Indeb. L.

K 3

9. §.

9. S. 1. § t. t. ff. de Oper. Libert. L. si patroni filius ff. ad SCtum Tre-
bell. hæc enim, non uti Artificiales, variationem personarum, admittunt,
ab Olead. Tr. Itt. 3. n. 11. seq. ubi ad texxt. obstantes respondet. vid. supr. cap.
1. S. 2. in fin.

S. V.

Nuncupatim vero Alienationi Imperii, & Regnorum, hanc prohibiti-
vam de Elec. Industr. regulam, intercedere, dicendum, cum Bartholom. de
las Casas, in Explicat. quest. Utrum Reges vel Principes, jure, & salua
conscientia, subditos alienare, & alterius ditioni subictere possint? in Pref.
§ 23. & per tot. Hottomann. quest. illustr. 1. Pruckmann. d. Regal.
cap. 4. memb. 2. Eff. 6. nbi num. 29. dicin: Ut inter Artifices, ita inter
Principes quoque, longam essent differentiam, & ingenii, & naturæ, & do-
ctrinæ, & institutionis, Vafq. Lib. 1. illustr. Controu. cap. 4. num. 3. in
fin. itaque ob hanc Industr. El. Imperatorem, Civitates Imperiales alienare,
non posse, concludit Knipschild de Civitat. Imper. Lib. 2. cap. 31.
num. 53. Unde, absque subditorum censenu, alienatio, sive totius
Regni, sive Provinciæ, aut portionis, erit invalida, Grot. d. I. B. & P.
Lib. 2. cap. 6. §. 4. 6. & 9. Hæc tamen omnia in Regnis Legitimis, &
ut Grot. licentia comparationis, vocat, Usufructuaris, obtinent. In Pa-
trimonialibus enim, Alienatio ex Imperantia arbitrio solitarie pendet, ju-
dice Grot. d. I. §. 3. sq. & L. 3. cap. 8. §. 1. n. 3. Ziegler d. Jnr. Major-
stat. Lib. 1. cap. 4. §. 26. ita, ut recto iudicio, nonnulli ex eruditis mo-
nuerint quod Regna Patrimonialia, solummodo respectu alienationis, istam
denominationem fortiantur, teste C. A. Beckio Disp. de Jnr. Regn. Patri-
mon. §. 6. vid. Reiters d. tr. part. 2. Cap. 8. sect. 4. Nisi tamen Prin-
ceps limitatum, illico ab initio habere voluerit, imperium, quod tamen in
Patrimoniali non temere presumendum Ziegler d.l. in fin. Adde Krebs d. Ali-
enat. Imperior: An & quoque Principes Imperii ditiones suas aliena-
re queant? accurate & aleganter excusit Ill. Baro de Lyncker Disp. de
His, qua Libera stat. Imperii, perperam adscribuntur, memb. 2. §. 5.

S. VI.

Quemadmodum itaque obligatio Industriæ, ut haec tenus dictum
substitutionem non admittit, ita nec Hæredem, ad ejusdem implemen-
tum: quoniā fides, animi dicitur accidens, & Personæ cohæret, in co-
harentibus animo vero, non fit transitus de Persona in Personam, ma-
xime stringentia qualitate, & gravitate negotii; Vinc. Carocc. Decis. 113.
MM.

num. 125. seqq. post al. quos affert Wilh. Ant. a Fraudenberg d. *Rescript.*
 Morat. tit. 9. *Concl.* 64. num. 14. vid. *Grot. d. tr. lib. 2. cap. 13. §. 17.*
 in fin. adeoque regula l. 13. C. d. *Contrah.* & *Commit.* *Stipul.* notabilem
 hoc respectu limitationem patitur: Sic mortuo Sapiente, antequam Con-
 filium desideratum exhibeat, alius a judice eligi debet, hæres enim illud
 præstare non potest. *Pax Scala d. Consil. Sapient.* L. 3. cap. 24. in fin. Et
 morte Curatoris Bonorum, utpote cuius fides & Industria Electa, Offi-
 cium illius solvitur, ideoque in hæredem non tranfit, arg. L. 9. ff. d. *Cu-*
rat. *Fmr. B. Dn. Lauterb.* ad b. tit. ib. fin. de Factorum seu Institutorum
 Officio Huld. ab Eyben *Diss. de Factorib.* cap. 12. §. 4. add. cap. 4. de
 Societate, Mandato, Compromisso cap. Anteced. dictum, de Delegato
 vid. *Böhmer d. Tr. Lib. 1. tit. 29. §. 49.* pariter si ex tribus Imperii Prin-
 cipp. juxta Ordinationis formam, vermōg der Austrāg / nominatis vid.
 Ord. Cam. p. 2. tit. 4. §. 7. & tit. 5. pr. unus ab actore electus, coram
 quo Causa pertractata, ante conclusionem decebat: ne quidem coram hujus
 hærede aut duobus prius nominatis Principp. superstitibus, causam persequi
 aut unum eligi posse, sed ad Cameram devolvi, præjudiciis Cam. ostendit.
 C. Guil. Scipio *Dec. Rot. Spirens.* lib. 1. Dec. 46. id quod, & de omni-
 bus reliquis officiis exaudiendum erit, adeo ut officium, pecunia propria,
 vivo officiali, emtum, cum reservatione fructuum, non ad Hæredes Emto-
 ris, sed Officialis pertinere, trad. *Doct. Marta Vol. 40.* Neque officit,
 quod supra dictum, Vasalli, & omnium ab ipso descendentium, Indu-
 striam electam censeri. Est enim advertendum: Industriam Personæ, e-
 ligi, vel sub nomine singulari, quo certa sola Persona designatur, cuius
 in individuo habita est ratio, a qua recedi non potest, vel successive
 plurimum, ut si Titio, & Hæredibus ejus, fuerit concessum, quo casu sta-
 tim ab initio singulorum illius descendentiū Persona eligitur, & appro-
 batur a Domino, & ideo non iure hæreditario, sed proprio, fidei,
 est Industriæ ipsorum concredita, peragunt Menoch. *consil. 54. num.*
 42. sq. Aliud autem est, velle alicui dare, jus ad hæredes transfirum, à-
 liud, velle dare Hæredibus immediate. *Grot. d. Tr. Lib. 2. cap. 11. §.*
 16. Poteſt tamen Creditor, si velit, Hæredes Debitoris admittere, ade-
 que favori suo renunciare, argum. L. pen. C. de *Pact.* in term. *Cephal.*
conf. 630. num. 21. seqq.

§. VII

Hisce consequens est, Facultatem implendi conditionem, quoties Person. Industr. respicitur, ad Hæredes non transmitti, ne quidem in Conventionibus, Bernegg. Exam. Instit. Lib. 4. tit. 12. quæst. 29. num. 2. Non obstante L. 13. C. de Contrab. Stipul. & ibi Brunn. in fin. ad quam respondet Göddæ. d. Contrab. Stipul. cap. 90 n. 105. istiusmodi enim Conditiones, quæ in Personæ, cui injunguntur, quasi radicantur, ex gratia, si certum aliquod artificium, aut opificium dicteris, ab ipsa Persona, in quam conferuntur, adimpleri debent. Ea si moritur, moritur una quoque conditio, cuius natura non finit, ut ab hærede, aut alio, præter contrahentem adimpleatur, l. si ita expressum ff. de Cond. & Dem. L. 3. ff. Loc. Cond. eleganter Grot. d. I. B. & P. Lib. 3. cap. 21. §. 21. Ziegler. de Diph. de Conditionibus. lib. 139. Pantschimann. d. Decis. q. n. 101. in fin. & seqq. Et quanquam in omni Conditione mere potestativa, Persona, in quam solam, tanquam formæ partem præcipuum, ejus implementum collatum sit, Industr. Electam, existimet, cum allegatis Göddæus d. num. 104. & Noal. d. Tr. Cas. 6. num. 4. & seqq. Attamen hoc bene restringit Vinn. ad §. 4. Instit. de Verb. Obl. num. 7. & B. Dn. Bardili d. Diph. lib. 80. ad illas Conditiones Arbitrarias seu potestativas, quæ continent factum aliquod Personæ, quæ solummodo spectata est, cohærens, & per Hæredes non æque commode explicable. In aliis autem contrarium obtinebitur: Quoad Ultimas Voluntas, Cohæredi quidem pars deficiens ad crescere, cum onere suo, adeoque conditionibus, deficienti hæredi adscriptis, cohæres, cui portio deficiens accedit, obtemperare tenetur, per text. in L. un. §. 4. & 10. C. d. Caduc. Toll. L. 61. §. 1. d. Legat. 2. sed, si tali sit conditio, quæ ex mente Testatoris, non debeat, nec ex sui natura possit, nisi ab illo ipso, cui eandem injunxit, & qui jam defecit, explicari, haud dubie agnoscentem cohæredem non onerat, per text. in d. L. un. §. 9. Cod. de Tit. & L. fin. C. de Contrat. Instit. Scipio Gentil. de Jure Accrescend. cap. 14. fol. m. 145. in fin. & seqq. Perez. ad Tit. de Caduc. Toll. num. 4. Peregrin. Fideicommiss. Art. 16. num. 87. Circa illam questionem, An Conditio Potestativa adjecta instituto, videatur repetita in substituto? de qua in utramque partem videri possunt Ddres apud Fusar. ed. Subsit. q. 449. maxime n. 6. & 7. eadem inspecto occurrit, an nimis Personæ instituti cohæreat, & per substitutum quæ bene sit expeditibilis? An vero non? quod posterius contingit,

tingit, quoties ipsius Industri. Electa. Priori in casu non censembitur reperita, Posteriori autem, etiam substituto, si par utriusque ratio sit, injuncta videatur. Menoch. lib. 4. Praef. 178. num. 27. Mantica de Conjectur. Ultim. Volunt. lib. 10. Tit. 6. n. 11. B. D. Harpprecht Reff. 60. n. 735. ubi Fabrum aliquoque allegat. De Casuali & Mixta vid. Brunner. ad l. 73. d. Hered. Instit. Tantundem dicendum de Legatis, & fideicommissis Particularibus, sed Conditione potestativa, in faciendo consistente, quæ per alium, non æque commode adimpleri potest, relictis, nam ne quidem per intermediam Personam, facere velentes Legatarii, multo minus illorum Hæredes, audiuntur. L. 11. §. ult. d. Leg. 3. L. m. §. 9. C. de Cad. Toll. B. Dn. Bardili de Legato Conditionali cap. 7. th. 43. § 44. Denique illud adjicimus, quod favore Ultimarum Voluntatum, a Testatore, in gratiam alterius, aliquid facere, vel non facere iussus, præcise parere debeat, nec praftando interesse liberetur. Mantica de Tac. § Ambig. Corv. Lib. 14. Tit. 32. num. 15. minime gentium vero, per alium, qui non tam commode, illud perficere posset, oneri injuncto parere queat, arg. dd. II. Bardili d. Diff. de Faciend. Oblig. th. 66.

§. VIII.

Neque tamen minus Salaria integri anni, nonnunquam in Hæredes, intra illud tempus defuncti Debitoris, Industri. transmitti, juri, æquitati, & praxi, conveniens est, arg. L. 11. in fin. C. de proxim. Sacr. Scrin. l. fin. C. de Domest. §. Protector. L. 3. C. de Agent. in Reb. l. 1. C. d. Principio. Nimir. Officialibus, quibus ob Operas, Liberales Artes recipientes, publice conductis, principaliter non pro labore, sed pro Virtute & Industria, salarium annum praftatur, illud Privilegium competit, ut salarium ipfis, vel illorum Hæredibus, integrum, & pro tanto tempore debeatur, si per ipfos non sterterit, quo minus per illud tempus servirent, quod indubitat juris esse dicit Gothofredus de Salario cap. 6. §. 10. B. Dn. Bardili Diff. de Salario th. 44. idque de judicibus seu Magistratibus, Affessoribus, & al. in specie docet Gothofredus d. l. §. 22. de Advocatis, Benius de Priv. JCTor. part. 3. cap. 76. Calv. Ann. Prax. §. Advocatus, Concl. 7. Procuratoribus, Mev. part. 4. Decisi. 200. Professoribus, Zaunschiffer de Privileg. Professor. apb. 14. Ernest. Cothmann. Reff. Acad. 46. de Doctoribus Sylva conf. 28. Decius conf. 7. Walther

de Tr. cap. 8. S. 45. Gothofred. d. L. ubi §. 22. in not. lit. e. in fin. refert. Hæredes, Eguinarii Baronis, ita obtinuisse.

§. IX.

Porro Debitor Industr. spem Creditoris, de ipsius fide, & Integritate, conceptam, minime frustrare, sed Industriæ sua commissa, gnaviter & sedulo expedire debet. Ad quemnam autem Culpæ gradum, ille adstringatur, quæstionis est? Franzk. ad Tit. Pand. Pro Socio num. 106. §. 109. & ad Tit. de Neg. Ges. num. 32. propter industria & diligentia electionem, quæ in contrahenda societate intervenit, Socium arctius teneri, quam Depositarium, tradit, id quod in societate quidem admittimus: Non tamen exinde catholicam regulam formari posse, arbitramur, vid. Stryk. V. P. M. ad Tit. ad L. Aquil. §. 14. in fin. Sed ex natura & iudeo contractuum, hoc condiscendum: Illud certum est, in Mandato ad Levissimam culpam obligari contrahentes B. Dn. Laur. terb. Tr. Synopt. Tit. P. Mand. §. 2. num. 3. vers. præterea. &c. B. Respondent. Atavus Joh. Harpprecht. ad §. 8. J. de Mandat. num. 25. seqq. Add. B. Stryk. de Civilitate Nociiva, cap. 5. num. 40. seqq. ubi ad contraria respondent. Fidei enim suscipiens, totum non committitur, sicut Depositum, sed sedulitas, Industria in pleniori gradu, præterea electa est. Atque qui mandatum suscipit, & fidem, & diligentiam, & industria gradum ultimum promittere censetur Nic. Burgund. de Periculis Culpis. cap. 3. num. 6. Idem quoque est, si quis operas suas locet, non tanquam quilibet, sed tanquam peritus Artifex, videtur enim se peritum asserere per L. 25. §. 7. ff. Loc. Cond. & ibi Faber in Rational. arg. L. 31. ff. de Solvit. L. 13. & L. 21. C. de Proc. l. 9. §. pen. l. 13. §. 5. ff. Locat. Cond. Carocc. d. Tr. de Loc. Cond. Tit. de Dolo & Culpa n. 2. Vinn. & Wesemb. ad §. 5. Inst. Loc. Cond. n. 3. in fin. B. Dn. D. Harpp. Disp. de jure Ausigar. circ. Contract. tb. 24. n. 4. D. Coccej. Collat. Jurid. 2. §. 8. Diss. Frid. Brummer de Loc. Cond. cap. 4. §. 7. in fin. Et in genere, veltacita, sollicitudinis, Industria, Peritia, Scientia, Aptitudinis, & Prudentia, a Debitorre facta professio, & promissio, ad summum diligentia gradum obligat, Præfid. B. Parens Joh. David Mößling. in Disp. Inang. de Culpa Leviss. cap. 4. th. 6. in fin. Hæredes vero defuncti Debitoris Industr. aliquando ultra dolum, & laetam Culpam non tenentur. L. 40. ff. pro soc. ill. D. Berger. Syllab. LLum & Capit. Select. ex Inst. Lib. 1. Tit. 22.

J. X.

Legatorum atque Ministrorum Industria, hoc maxime effectu a Princibus eligitur, vid. *spr. cap. 3. §. 1.* ut quicquid cum illo, ad quem mittuntur, agant, id Mittens, horum ministerio, egisse, censeatur, adeoque valide exinde obligetur, idque si terminos instructionis, sancte custodiverint, dubium habet nullum, arg. *cap. 72. de Reg. Jur. in 6. Regulz*, quod quis per alium facit, ipse fecisse censetur, quæ etiam in Princip. expeditionibus locum habet, *Stryk. Disp. de Oblig. Princip. ex fact. Ministr. cap. 2. num. 12. seqq.* add. *Marselaer de Legat. lib. 2. Disp. 3.* omnino congruit, sed si contra secretæ instructionis, formulam, agat Legatus, ob vialatos mandati limites, hoc dubium videri poterat? sed & hoc quoque, casu Ablegans obligatur, Impunitus enim sibi, quod per literas Credentiales, ad omne factum Legati rati-habendum, se obligaverit, & in candorem animi, aut prudentiam illius, quem misit, non prius solicite inquisiverit, arcana enim illa instructio, ratione Principis Extranei, se habet ad instar reservationis mentalis, quæ veribus generalibus expressis, obesse non potest, bene *Grot. L. 2. cap. 11. §. 12. & Lib. 3. cap. 22. §. 4. Stryk. d. l. num. 25. seqq. Kulpis de Legat. Stat. Imper. cap. 12. §. 8.* ubi in fin. inquirit, an restitutio in integrum hoc casu locum fortiorum? modo alter Princip. bona fide, & absque omni corruptione, & fraude, cum ipso egerit, vel non tale negotium a Legato gestum, quod ipsi a mittente commissum non esse, probabilitas scrii poterat. *B. Stryk. de Jure Epistola von Fürstlicher Ordre cap. 4. n. 18.* quamquam negandum non sit, ejusmodi Ministrum, qui fines Instructio-nis secreta, per imprudentiam, vel sapientia sua nimium confusus, vel quod Principem facile consensurum esse, temere sibi persuaserit, ob teme-ritatem suam, gravem Culpam contrahere, *Schöpffer Disp. de Culpa Lata Ministr. Stat. cap. 2. num. 9. seqq.* & peccatum imparentia promereri, uti Facult. Jurid. hujus Eberhardinæ, in ardua quadam Caus. Anno 1708. d. 8. Augusti. respondebit, adeo ut ne quidem Clausula, Cetera Prudentia, fidei, & iudicio tuo committimus, ad summam rei mandatæ, secundum arbitrium, & placitum, mutandam, vel tollendam, proficiat, sed occasio-nes, viasque omnes, quo præscripti mandati metam assequatur, ample-cti jubeat Kirchner. *de Legat. lib. 2. cap. 6. num. 31. seqq.* quo laxiora namque aut liberiora Mandata dantur, eo arctius se vir cordatus adstri-ctum existimet, ut summa Industria obsequium sectetur. Plura elegan-ter

ter hanc in rem differit Marselaer de Legat. lib. 2. Disp. 4 p. m. 276.
seqq. Et Melch. Jungker de Legation. Summ. Imper. cap. 7. §. 3. in fin.
Idem dicendum si Princeps Legato, Chartas Puras, Blanquets, dederit, ut
advertisit Incl. Facultas d. Respons.

S. II.

Libris Plebanorum, five Calendariis Ecclesiasticis, plenam fidem
conciliat, Electa Ministrorum Ecclesiaz, in hisce, fideliter, & diligenter de-
scribendis, industria, sunt enim Parochi, su modopersonæ publicæ, in sa-
cerdotali dignitate constitutæ, quibus in iis, quæ munus eorum concer-
nunt, omnino credendum. Nicol. de Passer. de Script. Priv. lib. 5. quest.
1. Besold. & Diether. Thes. Pr. voce Tauff. Böhmer. Brunnem. conf.
129. num. 167. Rudiger Cent. 4. Obscrv. 89. Böhmer de Jure Paroch.
Sect. 4. cap. 1. §. 30. Atque omnium Matricularum præcipuum est,
quod non tantum affirmative, sed & negative probent, prout, authori-
tibus, exemplis, & quamplurimis præjudicis Camera Imper. probant
allegati a B. Strykio Disp. de Matricul. Pomeran. cap. 3. num. 5. Ita
per libros Baptismi non tantum constat de ipso baptismo, Böhmer d. l.
sed & atatem plene probari, concludit Joh. Maurit de Refut. in In-
tegr. cap. 321. quem post infinitos sequuntur Mascard. de Probat. Concl.
673. & Nicol. de Passerib. d. l. num. 3. Carpzov. Jurispr. for. p. 1. C.
16. D. 26. B. Dn. Bardili Ex. ad P. part. prior. 46. Concl. for. 10. B.
Dn. D. Harpprecht conf. 12. n. 10. etiam si non dies nativitatis, sed ille
quo sacro fonte regeneratus, fuerit adscriptus, de Passerib. d. l. num. 5.
nisi punctum nativitatis sit probandum, Bardili d. l. in fin. attamen proba-
tionem filiationis ex Calendario Ecclesiastico desumptam, contra tertium
non sufficere, in primis, si quadam conjecturæ, contra eandem militent,
in term. decidit Surd. Decif. 83. Gosw. ab Eßb. ad Carpzov. d. l. num. 8.
unde si matretrix spurium, Parocho, baptizandum offerat, & patrem illius
nominet, quem ille libro baptismali inserit, ne quidem indicium contra
Eundem, exinde oriri, notat D. Böhmer d. l. in fin. add Rebuff. de Re-
gistris, vel Libris Baptismi. Pariter Matrimonium, Aloys Ricc. Prax.
For. Ecclef. Decif. 249. & Mortem, Libri ad hosce actus parati, probant
Martin. Maurath de Vita & morte homin. Theorem. 51. in fin. Nicol.
de Passerib. d. l. num. 13. seqq. Richter Vol. 2. conf. 64. num. 21. mo-
do ejusmodi Libri producantur in Originali, nam Extractus valore pro-
bandi

bandi destituuntur, Homborg, Ref. Helmstad. 94. num. 9. seqq. & 317.
num. 13. & non de magno præjudicio agatur, Carpzov. d. p. 1. C. 16.
Dec. 38. num. 2. De Probatione Protocolli Judicialis vid. cap. Præ-
ced. plurib. agit B. Stryk. de Jure Protocoll. per tot. cap. 6. §. 6. quo
nos referimus.

S. XII. 1.

Deniq; ob Electam Judicem Industr, Remedio Appellationis via qua-
dantenus præcluditur, quam rationem in Præfecto Praetorii disertis verbis
probat Imper. in d. l. m. ff. d. Pref. Præt. & Scaccia de Appellat. qnest. 16.
Limit. 9. & 10. ad Legatos a Latere, Cardinales, Curias Supremas
aliasque a quibus appellari nequit, transfert. Sicut autem a Prin-
cipiis sententia appellari nequit, ita nec a judicis datâ Princeps, cum Claus.
Appellatione Remota. Scaccia d. qnest. 16. Limit. 1. num. 20. ubi plu-
res allegat & seqq. At huic, & illum, cujus conscientia negotium est re-
lictum, cum communis schola, aequiparet, Rob. Lancellot de Attentat. part. 2.
c. 12. limit. 10. unde, nec ab eo, cui causa commissa est, cum Claus. Conscientiam
Tuam oneramus vid. supr. cap. 2. provocatione concedit Scaccia d. Tr. qnest.
15. limit. 15. num. 3. vid. Jac. Brunnem. Disp. d. Appellat. Rescript. Prin-
cip. Remot. cap. 4. §. 6. quia DEUS solus superior sit conscientia, unde ad
alios, non patet regressus, Scaccia d. Tr. num. 4. Et quamvis diffidendum
non sit, omnem judicem, ni conscientiam sinceram, adhibeat controversiae,
eam non posse secundum aquitatem definire, etiam si mille testes, toti-
demq; ob oculos videat instrumenta, adeoq; hoc in casu, magis ejus rei, quæ
aliquo officio judicis continetur, admoneri, quam nova formula delega-
tum dari, censeat Besold de Appellat. cap. 2. §. 18. infra. Hisce tamen ex traditis
supr. cap. 3. §. infra, sati sieri potest. Præterea non omnis omnino appellatio
hoc in casu, sed faltem effectu suspensivo munita, denegatur. Salvo effectu
devotissimo Egid. Bellamera Dec. 18. Lancellot d. l. num. 10. ubi hoc omnes
convenire moner, gesta itaq; post appellationem a sententia hujusmodi ju-
dicis non quidem revocantur per viam attentatorum, Lancellot d. l. num. 9.
Ille tamen cujas conscientia, causa committitur, non potest Leges transgredi,
quia intelligitur de conscientia Lege munita, non quam quilibet sibi fabricar,
hanc E. prius in jure & facto, informare debet, in termin. Alexand. Lib. 2.
conf. 128. n. 4. & 5. Unde Recursus ad Principem, summaq; ipsum repræ-
sentantia Tribunalia, per viam Supplicationis patebit, cum ejusmodi

Remedia , nec Clans. Appellatione Remota , impediat , Mev. p. 2. Dec. 194.
 Scaccia d. Tr. quest. 16. num. 98. Brunnem. d. Diff. S. 7. non enim Princeps , qui hoc modo Appellationes rejicit , eo ipso omnem defensionis spe-
 ciente tollit , sed ne causa semel per Commissarios decisa , per novas instantias ,
 atque appellationum ambages , infringatur , adeoq; celeriter expediatur , vo-
 luit , quod si itaq; aliquis notabiliter gravatus fuerit , per Supplicationem ad
 Principem , hoc corrigi petat ; Jac. Brunnem. d. l. §. 9. & 12. ubi addit. & si-
 spicionis quoq; causas adversus Personam ejusmodi Commissarii , hoc mo-
 do Principi exponere , integrum esse : Unde adversus illorum quoq; senten-
 cias , qui privilegiis de non appellando gaudent ab Imperatore , ad Summa
 Tribunalia , & a Judicibus inferioribus , qui eadem prarrogativa , vel Sta-
 tuto , vel Rescripto Principis cluant , ad Principem supplicari potest , late
 Besold. d. cap. 2. §. 20. Rümelin. ad Anr. Bull. Part.
 2. Diff. 2. th. 19. & ibi Addit.

F I N I S.



194.
rin-
spe-
tias,
vo-
n ad
fi-
mo-
ten-
nma
Sta-
late


1.

P. 107

Tübingen, Diss., 17.14/16



SL -



Q. D. B. V.
SPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE
**ELECTIONE
ERTE PERSONÆ
INDUSTRIÆ**
QUAM
ISSU SENATUS AMPLISSIMI
ADSTIPULANTE NOBILISS. JCTORUM ORDINE.
IN
PERILLUSTRI ET PER- ANTIQUA
UNIVERSITATE TUBINGENSI.
PRO LOCO.
IN FACULTATE JURIDICA
EX MORE JAM DII RECEPTO RITE ET LEGITIME OBTINENDO
SOLENNI ERUDITORUM CENSURE EXPONIT
JACOBUS DAVIDES MOEGLING,
J. J. D. ET INSTIT. IMPER. PROF. ORDIN.
SER. DUCIS WURTEMB. CONSILIARIUS
ATQUE SUPREMI DICASTERII
ASSESSOR.
RESPONDENTE
JOHANNE HARPPRECHTO, TUBINGENS.
AD DIEM OCTOBR.
ANNO M. D. C. C. XV.
LOCO HORISQUIE CONSUETIS.

TUBINGEN,
TYPIS VIDUÆ GEORG-HENRICI REISII.